Augꝰ dicit augꝰ. Unde dictū eſt in pſ. Et ipſe tanq̄ȝ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo.
Poteſt etiā intelligi dies deſpōſatōis btē virginis. Et hoc vult gloſula quedā ibi.
Cum eſſet deſpōſata ꝛc. Angelo nūciante cōcepit. ¶ Uel quia illā ſibi tūc ſpūali- D
ter deſpōſauit. cum illi tāta ſe gratia ſociauit. vt de carne eiꝰ ſacratiſſimā ſibi car-
nē aſſumeret. Illa etiā [dies leticie cordis eius fuit] i. tā ipſius ſponſi q̄ȝ ipſius btē
virginis. Quis enī dubitet de tā dilecte hūane nature tā deſiderata ſalute. ipi ſpō
ſo ſm hominē. et ipſa eius vnionis copula in q̄ erat certiſſima ſalutis eiuſdē ſecuri
tas. et iſto ſuauiſſimo oſculo inenarrabilē leticiā eueniſſe. Quis autē digne verbis
exprimere ſufficiat ipſius ſacratiſſime ꝟginis gaudiū. que matrē dei ſe factam ipſo
die et nouit ꝛ ſenſit. que noſtre redēptōnis theſaurū. angelorū gl'iam. ꝛ totius hu
mani generis ſingulare gaudiū. et vt vno verbo oīa cōcludamꝰ. deum ꝛ dei filiū ī
vtero ſe habere cognouit. ¶ Uel [dies deſponſatōis] dies paſſiōis. quādo ꝛ eccle- A
ſie ꝛ ſynagoge ſpōſus ſanguinū factꝰ eſt. Exodi. iiij. Factus eſt enī eccl'ie ſponſus
ſanguinū. dū aſpſus ē ſanguis eiꝰ ſup filios eccl'ie. ꝛ ſuper ꝓpria veſtimēta carnis
ſue. ſcȝ p redemptōe filiorū eiꝰ. Unde ꝛ dicit̄ pellicanus. Ipi etiā ſynagoge factus
eſt ſponſus ſanguinū. i. ſanguinis ꝛ ſanguis. ſcȝ ꝓpter ſtragē de eis factam p titū ꝛ
veſpaſianū quo ad ſtragē corpoꝝ. ꝛ quo ad ſtragē aīaꝝ p culpam ꝛ penā eternam
que eſt duplex mors. Et eſt paſſio deſpōſatio. quia pacti ꝯiugal' firmatio. Tūc ei
teſtamentū eiꝰ ꝯfirmatū eſt in morte eiꝰ. Ad hebreos. ix. Fuit etiā hec [dies leticie
cordis] ſynagoge. q2 de morte eiꝰ inſaniſſime letata eſt. Fuit ipi ſponſo [dies leti-
cie] de hoſte triūphato. de nobiliſſima p̄da generꝭ humani erepta de manu hoſtili.
de dilectiſſima ſponſa. ſcȝ eccl'ia ſibi ꝯfirmata. Unde dicit luc. xij. [Baptiſmo ha-
beo baptiſari ꝛ quomodo coartor] deſiderio ſcȝ. Iō debebat pfici ī gaudio. Gau
diū enī nihil aliud eſt q̄ȝ deſiderati obtētio. Et inuitant̄ filie iſte eū videre in cruc
ludibrio. ꝛ diademate ſpineo. vt admirent̄ eius humilitatē. patientiā. caritatē. ꝛ ab
horreāt peccata. p q̄bus occidēdis occiſus eſt. ꝛ erubeſcāt tāte gratie ſe ingratas.
ꝛ q2 nō caleſiūt tāto amoris incēdio. nec aſſecurant̄ p tantū pignꝰ de obtinēdo qđ
ꝓmiſſum eſt. ¶ Itē [dies deſpōſatōis] dies iudicij. quādo filia vel mater eccleſia O
ipm coronabit oībus electis. Et tunc erit ipa eccleſia diadema regni in manu dei
ſui. Iſaie. lxij. Et tunc erit [dies leticie] et ſponſo ꝛ ſponſe. et glorificatōis cariſſi-
Bern̄. morū ſuorū. ¶ Btūs bern̄. ſic exponit. [Egredimini filie ſyon] anime ſeculares. de- P
biles. et delicate. nihil fortitudīs aut virilitatis habētes. et ideo filie. nō filij. [Egre
dimini] de ſenſu carnis ad intellectū mentis. [et videte regē ſalomonē] non dicit
regē eccleſiaſten. vel regē ididā. Hec tria noīa habet ille rex qui ſignificat chriſtū.
qui fuit ſalomon. id ē pacificꝰ in exilio. ſed eccleſiaſtes. i. cōcionator erit ī iudicio.
idida. i. dilectꝰ dñi erit in regno. Ubiq; rex. In exilio rector morū. In iudicio di-
ſcretor meritorū. In regno diſtributor p̄miorū. In exilio māſuetꝰ. In iudicio iu
ſtus. In regno glorioſus. In exilio amabilis. In iudicio terribilis. In regno ad
mirabilis. [Egredimini] igit̄ vt videatis [regē ſalomonē] in exilio. vt ſecure vide
dere poſſitis eccleſiaſten in iudicio. ꝛ tandē ididam in regno. [Videte] autē eū [in
diademate] i. in corona miſericordie [quo coronauit eū mater ſua] maria. q2 cum
corona miſericordie natꝰ eſt ex ea. Unde dicit Iob. xxxi. Ab infantia creuit mecū
miſeratō ꝛc. Et ꝓpter hāc coronā ē ipſe amabil'. In iudicio coronabit̄ corona iuſti
cie. ꝛ tunc terribil'. Tandē in regno corona glorie. et tunc admirabil'. Videte ergo
eum in corona miſericordie imitādo. vt poſtea videatis eū in corona iuſticie nō ti
mendo. tādē in corona gl'ie cū eo ꝑenniter gloriando.]

Finit liber tercius.

## ¶ Incipit liber quartus de virtutibus

marie. cuiꝰ capitula nō enumeraumꝰ. q2 multo plura poterūt adijci vel forte de-
trahi. vel aliter ordinari.

## De humilitate marie Titulus primus

Eſcripturi cum diligentia in A
cōparabiles ꝟtutes ꝟginis glorioſe. ꝑmo cōfugimꝰ ad eiꝰ gͣ
tiā.exorātes ſuppliciter.vt pie nobis refundat de ſua plenitu
dine copioſa. In manu enī illiꝰ ⁊ nos ⁊ ſmones noſtri. Sap.
vij. Vñ quotiens de ea loq̄ deſideramꝰ.clamandū eſt ad eam.
Dña dña api nobis. ⁊ para paupi in tua dulcedine copioſa.
¶ Primo igiꝶ videndū eſt de hūilitate eiꝰ. que inter vniuer B
ſas ⁊ ſingulas ꝟtutes ipiꝰ obtinere meruit ꝑncipatū.qꝛ cuſtos erat ⁊ q̄ſi magiſtra
Hiero. ceterarū virtutū. Hieronymꝰ ī illa omelia. Cogitis me o paula. circa finē omelie.
Quid nobiliꝰ matre dñi? Quid ſplēdidius ea quā ſplēdor elegit glīe ſempiterne?
Quid caſtius ea q̄ corpꝰ chriſti ſine ꝯtagiōe generauit? Et tamē ipa ſolā in ſe hūi
litatē reſpexiſſe dñm ꝓfiteꝶ.que videlicꝫ hūilitas cuſtos eſt ceteraꝝ ꝟtutū. Collo
cauerat enī in tuto ſtatōis portu ſublimia meritoꝝ ſuoꝝ exercitia. ⁊ ideo diuītꝰ il
luſtraꝶ. Vñ Iſa.lxvi. Ad quē reſpiciā niſi ad hūilē ⁊ q̄etū ⁊ tremētē ſmōes meos?
Fecit enī qd̄ ꝓmiſerat. ⁊ reſpexit hūilitatē ancille ſue. Unde ⁊ beatā eam dicunt
oīes generatōes. Siq̄dem de hūilitate rexit ī terris ipe magiſter ⁊ dñs angelo C
rū dicēs Matth.xi. Diſcite a me qꝛ mitis ⁊ hūilis ſum corde ⁊c. Et hanc eiꝰ lecti
onē retinuit ꝑ ceterꝭ btiſſima ꝟgo.licet ⁊ cetera oīa ꝟba filij.angeloꝝ.et ipiꝰ ſy
Hiero. meonis ꝯſuaret in corde ſuo. Lu.ij. Non ē beata maria ſicut dicit ibidē hierony
mꝰ.a filio ſuo didicit celos fabricare. nō angelos creare.nō miracl'a deitatꝭ īſignia
opari.ſed tm̄ hūiliari.ceteraq̄ documēta virtutū ītra cuſtodiā hūilitatis aggrega
re. Sed iam videamꝰ intelligētiā hoꝝ duoꝝ ꝟſuū.q̄s cōcepto ſaluatore de exube D
rāte grē plenitudīe inter ceteros ſui cātici ꝟſus cū ineffabili gaudio eructauit. Re
ſpexit dñs hūilitatē ancille ſue.ecce enī ex h̄ btām me dicēt oēs generatōes. Quia
fecit mihi magna q̄ potēs eſt.et ſanctū nomē eiꝰ. Reſpexit inq̄t. Quia ꝟo d̄ reſpe
ctu gratie hic agiꝶ.ꝯſiderādū eſt diligēter.q̄liter ꝑ grām reſpiciat hoīem deꝰ. Naꝫ
ipm vocabulū reſpectus.q̄ndam expſſionē notat.vt plus aliq̄d eſſe videaꝶ reſpice
re q̄ꝫ videre. Quaſi enī reſpicere ē.ꝑus abiectos ⁊ derelictos viſitare. Nā q̄ſi auer
ti ab homīe tūc deꝰ diciꝶ.cū ꝑ diſtrictōem iudicij gratie ſue dona ſubtrahit. Cū ve
ro placatꝰ ꝑ miſericordiā ſubtracta reſtituit.ruſuꝫ ꝑ reſpectū grē ad eū ſe ꝯuertit.
Bene ē maria dñm ſolā in ſe hūilitatē reſpexiſſe teſtaꝶ.qꝛ diuīitatis ꝓpiciatōeꝫ quā E
hūana natura in ꝑmis pentibꝰ ꝑ ſupbiam ꝑdidit. in maria ꝑ hūilitatē recupauit.
Nam quia in ea verbū patris carnis ſubſtantiā quā ſibi vniret aſſumpſit.q̄ſi ad
eam quā ꝑus abiecerat naturā ſublimādā ꝑ miſericordiā reſpexit. Reſpexit deꝰ
hūilitatē marie.cui ꝑ hūilitatis meritū dedit vt filiū ſuū in carne ꝯcipet. ⁊ de ſua
carne verū deū et hominē oīm hoīm q̄ntū in ipo eſt ſaluatorē generaret. Cuiꝰ hūi
litatis ꝟtutē mox determinās ſubiūgit ancille ſue. Nā quia ſe hūiliter qd̄ erat an
cillā cognouit.ideo qd̄ nō erat ſublimiꝶ eſſe mater ꝓmeruit. Exinaniuit enī ſe exē
plo filij ſui.formā ancille accipiēs. Propter qd̄ ⁊ deꝰ exaltauit eā. ⁊ donauit illi no
men quod eſt ſuꝑ omne nomē poſt nomē filij ſui.vt in noīe ipiꝰ oīe genu flectatur
celeſtiū terreſtriū ⁊ inferoꝝ.excepto genu filij ſui.qui tm̄ ſubditꝰ fuit illi ⁊ ioſeph ꝓ
pter eā. Lu.ij. ⁊ corā ea vt crediꝶ mltotiēs genuflexit.ſicut filiꝰ corā matre. Reſpe F
xit igiꝶ deꝰ humilitatē ancille ſue. Nō dicit q̄ reſpexerit ꝟginitatē ſuam.ſed hūi
litatē. Ex ea enim parte plꝰ eā diligebat. ⁊ vbi amor ibi oculꝰ. Vel reſpexit .i. ap
Aug. probauit.ſicut gloſat augꝰ. Ideo ipa potuit dicere deo multo veriꝰ q̄ꝫ dauid illō
pſalmi. Quoniā reſpexiſti hūilitatē meam.ſaluaſti de neceſſitatibꝫ animam meam.
Auerterat eī dñs faciē ſuā ab oīi mlīere ꝓpter peccatū eue.ſed ꝑcepto odore nar
di humilitatꝭ beate virgīs. ⁊ fumo ꝟgule.de q̄bus infra dicemus reſpexit .i. re
tro ſe aſpexit quaſi poſt tergū humilitatē ancille ſue. ⁊ ſic ꝯuertit ſe ad viā porte
ſanctuarij exterioris. Ezech.xliiij. Porta maria.via porte hūilitas marie. Et ad
huc hūilitas via eſt.q̄ ad matrꝭ ⁊ filij grām ꝑuenitur.

Item. Humilitas dicit̃ q̃ſi humi latẽs. Latebat enĩ hũilitas in corde virginis. ſed i H
terim ipa etiã ignorãte aſcẽdebat humilitatꝭ eius meritũ ſicut ꝟgula fumi vſq; ad
ſedentẽ in throno dñm maieſtatꝭ. Et ipa eiuſ humilitas que ſola eſt capax gratie.
⁊ ſola meret̃ impleri. fuit quaſi quoddã vas capaciſſimũ. in quo et ſibi ⁊ nobis re
cepit grãm abundãter. vt de plenitudine grẽ eius oẽs recipemus grãm ꝓ gratia.
Joh. i. Ideo etiã in ꝑſona eiꝰ dicit heſter aſſuero. xv. Facies tua .i. reſpectꝰ tuꝰ
q̃ reſpexiſti hũilitatẽ ancille tue plena eſt graꝶ. Cõſiderauit enĩ dñs reſpiciens
hũilitatẽ ancille ſue. vaſis illiꝰ capacitatẽ. ⁊ ſm ipam capacitatẽ infudit ei gratiaꝫ.
Hec ẽ ꝯſuetudo dñi. Unde dicit̃ Matth. xxv. Unicuiq; tradidit dñs talẽta ſua
ſm ꝓpriam virtutẽ. Hec ꝓpria virtus ꝓprie eſt hũilitaſ. Et quia tãtũ ſe humiliauit
illa q̃ tanta erat. et filiꝰ dei amore ipius tantũ hũiliauit ſe. ⁊ eo momẽto q̃ dixit Ec
ce ancilla dñi fiat mihi ſm ꝟbũ tuũ. inclinauit celos ⁊ dirupit. Iſa. lxiiij. et deſcẽ
dit in eam. Quia etiã tantũ aſcẽdit marie hũilitas ad deũ. tantũ ſe hũiliauit diui
na ſublimitas ad mariã.

Itẽ puer. xxxi. dicit̃ d̃ forti mlꝛiere. q̃ ꝓprie eſt maria. Guſtauit ⁊ vidit. q2 bona eſt ne N
gociatio eiꝰ. In negociatiõe dat̃ vnũ ⁊ accipit̃ aliud. ſicut dicit augꝰ. Grã ſiq̃dem
virgo expoſuit deo hũilitatẽ ſuã dicẽs. Ecce ancilla. cuiꝰ ꝓcioſitatẽ attẽdẽs dñs
ꝯcupiuit eã. ⁊ dedit ei ſe ꝑ hũilitate. Et ſicut gallice dicit̃ qḋ mercatũ eſt inuẽtio.
ita factũ eſt hic. Uñ. Inueniſti grãm apḋ deum. Luc. i. Precipuꝰ enĩ decor beate
virginis eiꝰ fuit hũilitas. de qua ꝓprie dictũ eſt. Cõcupiſcet rex decorẽ tuum

Reſpexit hũilitatẽ ancille ſue. Per h̾ dictũ ancille ſue. ꝯmendat̃ humilitas marie. I
Duo aũt ſunt hũilitas ⁊ hũiliatio. et vtrũq; excellẽter reꝑire eſt in maria. Humi
litas eſt intꝰ in ꝟtute mẽtis. hũiliatio eſt foris in abiectõne hũane opiniõis. Ha
bet̃ autẽ qñq; hũilitas ſine hũiliatõe. qñ videlicꝫ aliq̃s iuſtus licet corã hoĩbꝫ de
ſpicabil̾ nõ appareat. intꝰ tñ hũilitatis meritũ corã deo inuiolatũ cõſeruat. Quan
do mũdus ei crucifixus nõ eſt. ipe tñ mũdo crucifixꝰ eſt. Quia glĩam hũanã quã
foris nõ q̃ſiuam accipit. intꝰ ꝑ virtutẽ humilitatis oblatã ꝯtemnit. Hũilitatẽ vero
cũ hũiliatõe habet. q̃ ⁊ corã deo hũilis eſt. ⁊ corã hoĩbꝫ deſpicabilis. Iſti mũdus
crucifixus eſt. ⁊ iſte mũdo. Quia ꝑ hũilitatẽ mũdũ ꝯtemnit. ⁊ ꝑ humiliatõeꝫ a mũ
do ꝯtemnit̃. Nõ poteſt aũt haberi hũiliatio ſine hũilitate. Maria ĝq̃ apud deum
hũilis erat. ⁊ apud hoĩes ꝓpter deũ abiecta. in vtroq; ſe a deo reſpectã teſtat̃. Quia
⁊ eius hũilitas apud deũ acceptabil̾ facta eſt. ⁊ eius hũiliatio apud hoĩes in glo
riã cõmutata. Uñ ſubdit. Ecce enĩ ex hoc beatã me dicẽt oẽs generatões. Uſq;
ad illud nãq; tp̃us apud hoĩes opprobriũ ſterilitatꝭ portauerat. q2 integritatẽ vir
ginitatis thoro maritali ꝓponebat. Sed vnde in ꝑori generatõe carnali q̃ſi male
dictõis ſentẽtiã ſuſtinuit. inde nũc ab omi generatõe merita bñdictõe collaudatur.
Cui ſoli hoc inter femias omnes cõceſſum eſt. vt ⁊ fructũ fecunditatꝭ haberet. ⁊ in
tegritatẽ ꝟginitatis nõ amitteret. Reſpexit .ſ. deꝰ hũilitatẽ eiꝰ. et abſtulit hũili
atõem. ⁊ ideo inq̇t. ex h̾ btãm me dicẽt oẽs generatões.

Itẽ reſpexit hu. an. ſue. Nomẽ ancille nomẽ ſeruile eſt. ⁊ eſt q̃druplex ſeruitus. K

Prima ꝯditionis: quia oĩa debent ſeruire ſuo creatori. ſicut opus factori ſuo. ⁊ eius
diſpoſitõnibus obtẽperare ⁊ ſeq̄ inſtituta. vt ſicut ab ipo facta ſunt. ita nõ niſi ſub
ipo ⁊ ſm ipm incedant.

Secũda neceſſitatis. q2 deo ſeruire dicunt̃ praue volũtates. que cum eius iuſſiõibꝫ
ꝯtraire nitũt̃. ꝑ ineffabilẽ tamẽ eiꝰ diſpoſitõem artant̃. vt nihil ſine ipius nutu ad
effectũ ꝑducere q̃ant. Unde dicit autoritas. Ei militat omẽ qḋ obſtat. Seruiũt
ergo nolẽtes eius diſpoſitõi. q̃ volentes ſubiecti nõ ſunt eiꝰ ꝓceptiõi.

Tercia timoris. qñ diuia p̃cepta nõ ex dilectõe implemꝰ. ſed ex formidine.

Quarta dilectõis. quãdo voluntarie iuſſiõibꝫ illiꝰ obtẽperamꝰ. quia ipm qui iubet
diligimꝰ. Nec aliud in noſtra ſuitute extra ipm ꝯmodũ q̃rimus. q̃; vt ſm ipm am
bulantes ad ipm ꝑuenire valeamꝰ. Hoc enĩ eſt ꝓpter ipm facere qḋ ipe iubet. ꝓpt
ipm adipiſcendũ facere qḋ iubet. ¶ Ex his q̃ttuor ſeruitutibꝫ videt̃ illa ꝯmendari L
in hoc loco. q̃ eſt ſm debitũ conditõis. Hanc enĩ primi parẽtes in ꝑadiſo exhibere

Augꝰ.

H. de ſãcto victo.

ꝯditori noluerūt. quoniā ī ſupbiā elati deſpexerūt eſſe ſub illo a quo cōditi fuerāt. ⁊ voluerūt ꝑuerſe cū illo eſſe ī maieſtate ꝯſimiles. q̄ nō erāt in natura eq̄les. Conuenienter ḡ gr̄a culpe reſpondet. Eua ꝑ ſupbiā creaturā ſe eſſe ⁊ opus dei nō cōſiderās. deo parificari voluit. Maria autē ſuo factori humilit̄ ſe ſubdēs ancillā ſe nominauit. Et idcirco illa abiecta. ⁊ iſta electa eſt. Supbam deſpexit. ⁊ hūilē reſpexit. Et qđ ſupba ꝑdidit. hūilis recepit. Jđo ait. [Reſpexit hūilitatē ancille ſue.] Reſpexit hūilitatē [reſpexit] hūiliatōem. [Humilitatē reſpexit] humilē remunerans. humiliatōem [reſpexit] hūiliatā exaltās. Hoc habuiſti ſup̄ diſtinctū.

Sequit̄. [Ecce eni ex h̄ btām me dicēt oēs generatōes.] q̄ amiſſam beatitudinē per fructū vteri mei recupabūt. q̄ ꝑ fructū ligni vetiti priuate ſunt. [Omnes btām me dicent] vt parū iam ſit ī ꝓterita generatōe ſuſtinuiſſe ſterilitatis opprobriū. que ab oīni generatōe futura ꝑ fructu fecūditatꝫ mee vocabor beata. [Ex h̄] inq̄t. ac ſi diceret ipi elizabeth cū qua ⁊ corā q̄ loquebat̄. Ex quo ꝑ os tuum ſua magnalia q̄ in me opat⁹ eſt dn̄s apuit. [Ex h̄] eadē in oēs generatōes manifeſtādo magnificabit. M

[Omnes generatōes] Oēs inq̄t. que ſunt generatōes celi. ⁊ generatōes terre. Unde apl's ad Eph. iiij. Ex quo oīs paternitas ī celo ⁊ in terra nominat̄. Et merito beatā eam dicūt oēs generatōes. q̄ oībus generatōibꝫ vitā et gl'iam genuit. in q̄ angeli gloriā. iuſti grām. pctōres veniā inuenūt ineternū. Merito in eā reſpiciūt ocl'i toti⁹ creature. q2 ī ea ⁊ ꝑ eā ⁊ de ea benigna man⁹ oīpotētꝫ q̄cq̄d creauerat recreauit. N

Itē [Oēs generatōes] Generatōes eni celi. i. angeli beatā eam dicūt. quia ꝑ eam ſūt reitegrati. Generatōes terre q̄ eam ꝓceſſerūt. ſ. patriarche ⁊ ꝓphete beatā eā dicūt. quia ꝑ eam ab inferno ſunt extracti. Generatōes terre. ſ. apl'i ⁊ ſancti qui cū ea corpaliter cōuerſati ſunt btām eā dicunt. q2 ꝑ partū eius ſunt redempti. Generatōes q̄ ſequunt̄ vt nos ſum⁹ beatā eam dicūt. q2 ꝑ eam redēpti ſum⁹ ⁊ gr̄a illuſtrati. O

Aliter. Beatā eā dicūt [omnes generatōes] i. tres generatōes q̄ ꝑierant. Prima ſine patre ⁊ matre. vt in adā. Secunda de patre ſine matre. vt in eua. Tercia de patre ⁊ matre. vt in noe. abrahā. ⁊ ceteris omnibꝫ. Quarta autē generatio đ matre ſine patre. q̄ fuit in chriſto. liberauit tres ꝓdictas. In cui⁹ rei figura dictū eſt abrahe de ſemine ſuo Geñ. xv. Quarta generatōe reuertent̄ huc. ſ. ad terrā ꝓmiſſionis de egiptia ſeruitute. P

Aliter. [Oīnes generatōes] appellat tres generatōes. ſ. cordis. oris. opis. que debent mariā inceſſanter btām dicere ⁊ ꝓdicare. vt ei dicat̄. [Generatio ⁊ generatio laudabit opa tua] i. omnis generatio. [⁊ potētiā tuā ꝓnūciabūt] Magnificentiā glorie ſanctitatꝫ tue loquent̄ ⁊c̄. Itē generatōes cordis ſunt. fides. ſpes. caritas. humilitas. obedientia. timor. reuerētia. cogitatio. deſideriū. exultatio. pietaſ. miſericordia. ꝯmemoratio. intētio. ſuſpiriū. dilectio. ⁊ hmōi. Quibus omnibꝫ debem⁹ beatificare mariā. vt ſupra oſtēſum eſt lib. ij. pticula. iij. Generatōes oris ſunt. laudatō. honorificatio ſiue honorificētia. ꝓdicatio. cōfeſſio. magnificatio. benedictio. cantatio. oratio. gratiarꝫ actio. ſalutatio. ⁊ hmōi. Quibꝫ omnibꝫ debem⁹ beatificare mariā. vt ſupra aſſignatū eſt libro. ij. particula. v. Generatōes opis ſūt. mūdicia manuū. erogatio. pura eleuatio. bona opatio. ⁊ cetera exercitia đ quibꝫ ſupra aſſignatū ē libro. ij. particl'a. iiij. Generatōes ergo cordis. reſpiciūt ad marie dilectōem. Generationes oris. ad ei⁹ veneratōem. Generatōes opis. ad eius imitatōem ⁊ bonā operatōnem. ad gloriā nominis eius. Ideo dicit̄ in p̄s. Omnia que intra me ſunt benedicant nomē ſanctū eius. Beata igit̄ maria ⁊ beata eius hūilitas. que deū hoībꝫ peperit. vitā mortalibꝫ edidit. celos innouauit. mundū purificauit. paradiſū aperuit. et hominū aīas ab inferis liberauit. O vere inq̄ꝫ glorioſa marie humilitas. q̄ porta ꝑadiſi efficitur. ſcala celi ꝯſtruit̄. Facta eſt certe hūilitas marie ſcala celeſtis. Aug⁹. per quā deus deſcēdit ad terras. ſicut dicit auguſtin⁹. Q

Sequit̄ explanatio ſcđi v̄ſus. [Quia fecit mihi magna qui potēs eſt.] Magnū eniꝫ fuit marie vt dei patris verbū carne ſua indutū vtero geſtaret. Magnū fuit. vt duꝫ ſe ancillam cōfeſſa eſt ſui plaſmatoris mater fieret. Sed hec omnia ſi magna ſunt. impoſſibilia tamē nō ſunt ei a quo facta ſunt. [quia potens eſt.] Hec ſcꝫ magna. R

 i 3

vt creatura ederet creatorẽ.famula generaret dominũ.ꝑ eam deus redimeret mun/
Beatus hildefonſus — dum.et ad vitã mortuos reuocaret. Btũs hildefonſus. Hec magna ſũt.vt ꝑ hãc
virginẽ fieret deꝰ homo.fieret verbũ caro.filius dei factor omniũ.fieret filꝰ illius
matris quã ipſe formauerat.eſſetq; dñator naſcendo ſubditꝰ ancille quã ipſe condi
derat.Sicq; haberet in ſubdito ancilla dñm.ancillã dñs ĩ plato.Multa ꝺ hmõi
inuenies libro.iij.in.ix.priuilegio marie.
H. de ſã cto victo rc. — Fecit inquit mihi magna qui potens eſt.] Et ſingulariter magna.qꝛ ſingulariꝶ po/ S
tens.Et non dixit ħ vel ħ poteſt.ſed potẽs eſt inq̃t.vt omnipotentẽ illũ intelligas
qui abſolute potens dicitꝰ.qꝛ oĩa poteſt. Potentẽ ğ maria ꝯfeſſa eſt dñm.nec am
plius dixit.qꝛ credi poteſt eiꝰ potentia qꝛ eſt.ſed quãta ſit ⁊ q̃lis ꝯphendi omino
nõ poteſt. Jdcirco ſolũ confeſſa eſt potẽtiã.diſcutere nõ preſumpſit.qꝛ ſciri nõ po
teſt quãta eſt.de qua veriſſime ſcitꝰ qꝛ immẽſa eſt. Sũme enim potens eſt.q̃ poteſt
oĩe quod poſſibile eſt.nec ideo minꝰ poteſt.qꝛ impoſſibilia nõ poteſt.qꝛ impoſſi
bilia poſſe.nõ eſt poſſe.ſꝫ nõ poſſe. Siq̃dem de potentia poteſt oĩa deus.ſed de
iuſticia ſolũmodo poteſt ea q̃ iuſta ſunt. Vñ ſuꝑ illud Matth.xxvi.pater ſi fieri
Origeñ. — p̃t trãſeat a me calix iſte.dicit origenes. Quantũ ad iuſticiã eiꝰ qui nõ ſolũ potens
eſt.ſed etiã iuſtus.nõ ſunt poſſibilia niſi ea que iuſta ſunt. Jdeo de chriſto dicit q̃/
dam elegãter. Qui licꝫ poſſit oĩa.nõ poteſt poſſe vicia.hoc ſolũ ſoli deficit. Sed
talis impotẽtia ſi dici debẽt talia.potẽtiorẽ efficit. Propter ħ inq̃t maria [Quia
fecit mihi magna q̃ potens eſt.] Non ait ꝑ me aut in me [fecit magna.] ſed [mihi]
inquit [fecit magna.] Qꝫ enĩ in ea ad omniũ ſalutẽ factũ eſt.hoc ꝓuilegio electõis
ad eius gloriã ſingulariter ordinatũ eſt. Et ideo dixit magna.nec addidit q̃lia.qꝛ
cum oĩa dei opa humani ſenſus capacitatẽ exuperẽt.ꝓcipue ſacramẽtũ redemptõ
nis ⁊ incarnatõis xᵖbi myſteriũ ſuꝑ omnia ineffabile eſſe conſtat. Nihil enim vnq̃
magis mirũ factũ eſt.q̃ȝ vt deꝰ hõ fieret.et natura incõprehẽſibilis corpis ſubſtan
tiã ita ſibi vniret.vt nec minꝰ in ea eſſet.q̃ȝ in ſe erat immẽſa.nec minor in ſe exiſte
ret.quia in illa fuerat tota. Hec ğ ſunt magna ⁊ ineffabiliter magna.q̃ in maria fa
cta ſunt ad oĩm ſalutẽ.⁊ marie facta ſunt ad gl'iam ſingularẽ. Jdcirco ait [Quia fe
cit mihi magna qui potẽs eſt.]
Seq̃tur.[Et ſanctũ nomẽ eiꝰ.] Sanctũ eſt in ſe.et ĩ nobis ſanctificatꝰ nomen eius. T
dũ nos ſanctificamur in noĩe eius. Quid eſt nomẽ eius.fama eiꝰ. Nomen eius co
gnitio eius.fides eius nomẽ eiꝰ. Hoc nomen cũ ſanctꝭ ſanctũ eſt.qꝛ glorificatꝰ a ſã
ctis ⁊ benedicitꝰ.a puerſis blaſphematꝰ.ſicut dicit apl's ad Roma.ij. Ergo quia ma
gna fecit ei.ſanctificatũ eſt nomẽ eius.quia dũ verbũ ĩ carne mirabiliter naſcitur.
gl'ia dei ꝑ verbũ ĩ homib; declaratꝰ. Unde dicit Joh.xvij. Ego te clarificaui ſuꝑ
terrã ⁊c. Et ideo [fecit mihi magna q̃ potens ẽ.⁊ ſanctũ nomẽ eius.] Fecit etiam
dñs marie magna in terrꝭ.exaltãs eam ſuꝑ oẽs hoĩes. Magna in celis.exaltãs eã
ſuꝑ omnes angelos. Magna in inferis.ſubijciẽs ei vniuerſas ptãtes tenebrarũ.
Beda — Jtẽ beda. Cũ dicit maria.fecit dñs mihi magna.nihil meritꝭ ſuis tribuit.q̃ totam
magnitudinẽ ad illiꝰ donũ refert q̃ eſſentialiter potẽs eſt.magnꝰ exiſtẽs fideles ſu/
os de paruis atq; infirmis fortes facere ꝯſueuit ⁊ magnos.
Sequitꝰ.[Et miſericordia eiꝰ a ꝓgenie ĩ ꝓgenies timẽtib; eũ.] Mihi [inq̃t [fecit] Non V
tamẽ ſoli ſingulariter.ſꝫ vni excellenter. Verũtamẽ [miſericordia eiꝰ a ꝓge.in ꝓge.]
Nemo a gratia excluditꝰ.ſꝫ in oĩni gẽte q̃ timet deũ ⁊ opatꝰ iuſticiã acceptus eſt illi.
Actuũ.x.[In ꝓgenie ⁊ ꝓge.] Hoc eſt ĩ oẽs ꝓgenies. Jn hac ğ g̃tia nihil diſcernit
hominẽ niſi timor dei. Sit grecꝰ aut barbarꝰ.maſculꝰ aut femĩa.ſeruꝰ aut liber.
timeat deũ ⁊ saluꝰ erit. Poſtea miſericordiã iſtã que p̃ſtatꝰ timẽtib;.et hũane redẽpti
onis ordinẽ latius explicat dicẽs. Fecit potentiã ⁊c.
Jtẽ humilitas marie ſignificatꝰ ꝑ nardũ.de qua ſic loquitꝰ ipſa Canti.i.[Dũ eſſet rex] X
id eſt chriſtꝰ [i accubitu ſuo] i.in ſinu patris nõdum factus viſibil' [nardꝰ mea]
Subtil' notula ꝺ hũilitate — id eſt hũilitas [dedit odorẽ ſuũ] i.ſolitũ. Nardus herba eſt hũilis et calida.⁊ val
de ꝓprie marie ſignificat humilitatẽ. Vñ ſignãter dicit.[Nardus mea.] qꝛ eiꝰ hu
militas magis ex calore caritatꝭ.q̃ȝ ex veritatis ꝯgnitõne ꝓceſſit. Eſt enĩ hũilitas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quam veritas parit. que cōſiſtit in cognitōe. ⁊ hec eſt in intellectu. Si enī te ad lu/
mē veritatis ſine diſſimulatōe inſpicias. / eris ꝓfecto vilis in ocul' tuis. q̄uis id nō
dū eſſe patiaris in ocul' aliorū. Hūiliaberis ergo ex veritate. / ⁊ nō ex caritate. Eſt
⁊ alia hūilitas quā caritas format ⁊ informat. ⁊ hec eſt in affectu. Quā ſi habuer̄ſ:
voles quantū in te eſt eā de te oēs tenere ſentētiā quā apud te habere ꝟitatē cogno
ſcis. Quantū in te eſt dico. quia multa ſunt in nobis q̄ ab alijs ſciri nō expedit. eo
ꝙ nocere poſſet ſcientibꝫ. Ideo dicit btūs bern̄. Verus hūilis nō vult hūilis p̄dica (Bern̄.)
ri. / ſed vilis reputari. Alioq̄n ſi priuato amore tui. / vl' timore vilitatis alijs nolis i/
noteſcere q̄lis es. minus ꝓberis diligere veritatē. ⁊ timendū ne incurras illō pro/
uer. xx. Pondus ⁊ pōdus ⁊c. abominatio ē apud deū. Tu enī te depciaris ī occul
to trutina veritatis pōderatus. ⁊ foris alteri⁹ p̄cij metiens maiori pōdere te vēdis
q̄ȝ ab ipa accepiſti. Ideo dicit̄ puer. xxvij. Quomodo ꝓbat̄ ī cōflatorio aurū ⁊c. ſic
ꝓbat̄ homo ore laudantiū. Et hec tēptatio tāto ḡuior eſt. / quāto maior eſt qui lau/
dat. Proceſſit igit̄ marie hūilitas ex amore. / que peccatū nō habuit cui⁹ cauſa hūi
liaret̄. Et ideo bene ſignificata eſt ꝑ nardū.

Itē humilitas marie p̄cioſiſſima. Unde puerb. xxxi. Procul et de vltimis finibꝫ p̄/ Y
cium eius. Quia chriſtus ꝑ hūilitate dedit ei ſe. vt ſupra oſtenſū eſt. Et ideo ſigni
ficat̄ ꝑ aurū throni ſalomōis. quod erat fuluū nimis. gallice. or fin. Humilitaſ enī
aliorū ſanctorū aurū pallidū eſt. Vn̄. Poſteriora dorſi eius in pallore auri. Sed
aurū marie fuluū nimis. i. p̄cioſiſſimū. Quere li. x. titulo. ij. de throno. Vn̄ puerb.
xxvij. Quō ꝓbat̄ in cōflatorio argentū ⁊ in fornace aurū ⁊c. Sicut enī p̄cioſitaſ au
ri oīa metalla trāſcēdit. ſic marie humilitas omnē gradū humilitat̄ꝫ exceſſit. Quā/
to enī maria fuit ꝟtutibꝫ p̄minētior. tāto in ipa hūilitas mirabilior.

Fuit maria humilis Z

In corde et ſenſu. / nihil de ſe ſentiens vel eſtimās aut cogitās magnū. filia ⁊ imita/
trix patris ſui dauid. / q̄ dicit pſ. cxxx. Si nō hūiliter ſentiebam ⁊c. De dn̄o vero
magna ſentiebat dicēs. [Magnificat aīa mea dn̄m.] Nō meipam. A ſolis enī hūi
libus honorat̄ domin⁹. Ecci. iij.

In cogitatu. Vn̄ dicit ei ſponſus ab humilitate cogitatōnū ipam ꝯmendās Cāti.
vi. Capilli tui ſicut greges caprarū q̄ aſcēderūt de monte galaad. Capilli iſti ſunt
cogitatōes hūiles. que de corde velut de capite oriunt̄. ⁊ aſcendūt [de mōte gala/
ad]. i. de ſublimitate ꝑfectōnis ſue. quā cōmendant ⁊ de qua loquunt̄ oīa teſtimo
nia ſcripturarū. De hoc enī monte greges hūiliū cogitatōnū ei⁹ aſcendebāt. cū cō/
ſiderata ſua celſitudine quam diuina munificentia intantuꝫ honorabat. ſe et ſua
per humilitatē extenuabat. ſicut capilli tenues ſunt macilenti et exiles. nominās ſe
ancillam. Bene aūt dicit̄ aſcēderūt. licꝫ deſcenderet. qr hui⁹ deſcēſus in ocul' ſuis
ante oculos dn̄i erat quidam magnus aſcenſus.

In oculis et viſu. Unde videtur dixiſſe cum dauid. pſal. cxxx. Neq̄ꝫ elati ſūt ocu/ AA
li mei. Item. ij. Regū. vi. Humilis ero in oculis meis ⁊c. Oculi enim deficien/
tes et anima eſuriēs dant gloriā deo. ſicut dicit̄ Baruch. ij. Non enim fuit ſimil'
generatōni cuius excelſi ſunt oculi. et palpebre in alta ſurrecte. Parab. xxx. Nec ſi/
milis illi mulieri cui⁹ fornicatio in extollētia oculorū. / et in palpebris illius agno/
ſcit̄. Eccleſiaſtici. xxvi. Nec de illis filiabus ſyon. / que nutibus oculorum ibant.
Iſa. iij. Quinpoti⁹ oraſſe credit̄ illud Eccl'iaſtici. xxiij. Extollentiā oculorū meo
rū ne dederis mihi domine.

In auditu. Iuxta conſiliū ſpūſſancti qui eam docuerat dicēs. [Inclina aurē tuā
⁊c.] id ē hūiliter audi nunciū gabrielis. ſic et ipa fecit. Et hec auris inclinatio quo
ad ſe. fuit q̄ſi quedam erectio auris quo ad deū. Unde et ipa dicit cum filio Iſaie
l. Erigit mane. mane erigit mihi aurē. vt audiam quaſi magiſtrū. Dominus deus
aperuit mihi aurē. ego autē nō contradico ⁊c. Quere infra titulo. xxix. de obedi/
entia eius.

In olfatu. Nō enim fuit de illis q̄ꝝ ſpiritus in naribꝫ coꝝ eſt. Iſaie. ij. Quieſcite ab



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

homine. cui⁹ ſpūs in narib⁹ ei⁹ eſt ꝛc̄. Nec fuit q̄ſi rinoceros q̄ vnicū cornu quo ſignaꝶ ſupbia que diligit ſingularitatē geſtat in nare. Nec oportuit ꝙ indignatio ſagittarū dn̄i ebiberet ſpiritū ei⁹. i. ſpirituoſitatē ſupbie. Job. vi. q2 nulla fuit in ea.

In ſermōe ꝛ voce. Vn̄ audita magnitudīe et multitudīe ꝓmiſſorū q̄s ei angel⁹ faciebat. reſpondit tanq̄ȝ hūillima mulier. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm verbū tuū. vt iſtud ſecūdū ſit nomīatiui caſus. Primū enim ꝟbuȝ angeli fuit. aue ḡtia plena. Secundū fuit. dn̄s tecū. Et iſtud ſecundū verbū optabat ſibi fieri. vt ſcȝ dn̄s eſſȝ cū ea ſibi carnē aſſumēdo de ſubſtantia carnis ſue. Ratōe etiā vocis vel ſmōis potuit ꝟe dicere illud qđ dixit moyſes dn̄o Exod. iiij. ſm aliā trāſlatōeȝ. Gracil' vocis ego ſum. ꝛc̄. Gracilitas vocis. hūilitas ſermōis. Non enī fuit de illis q̄ dicūt ꝑs. xi. Labia noſtra a nob ſunt ꝛc̄. Nec de illis quib⁹ dicꝶ. i. Regū. ij. Nolite multiplicare loq̄ ſublimia gl'iantes. ſed recedāt vetera de ore veſtro ꝛc̄. Nec in ore ei⁹ fuit virga ſupbie. pab. xiiij. Propter hāc enī humilitatē voc̄ vel ſermōis. dicit ei filius ipam ꝯmēdans a voce Cañ. ij. Sonet vox tua ī aurib⁹ meis. vox enī tua dulcis ꝛc̄. Item cāti. iiij. cōmendat eā ab hūilitate tā mentis q̄ȝ vocis dicēs ei. Vulneraſti cor meū in vno crine colli tui. Quere infra libro. v. đ pulcritudīe ei⁹. titulo. v. ꝛ bene expoſitū inuenies. Fuit etiā alio mō hūilis in voce. quia nunq̄ȝ gl'iata eſt ī melodia tinnule voc̄. q̄n potius habuiſſe credꝶ gemitū ꝓ cantu. Vn̄ turturi ꝛ columbe ſepi⁹ cōpatur. q̄ȝ vel alaude vl' philomene. Cāti. ij. Vox turturis audita ē ꝛc̄. qn̄ ſcȝ reſpōdit gabrieli. Ecce ancilla dn̄i ꝛc̄.

In ope. qn̄ videlicȝ elizabeth cognate ſue minori ſe miniſtrauit. Et etiā gradū iſtū exceſſit. cū laudata ab angelo tā multipliciter. ꝛ ab ipa elizabeth dicēte. vnde h̄ mihi vt veniat mr̄ dn̄i mei ad me. nō ſupbiuit. In hoc etiā ꝙ purgari ſm legē nō erubuit. licet purgatōe nō egeret. cū de viro nō ꝯcepiſſet. Nouerat enī ꝙ q̄ facit ſupbiaȝ nō habitabit in medio domus dei.

Fuit maria hūilis

In colli et capitis demiſſiōe. quorū eleuatio ſignū eſt elatōis. demiſſio ſignū hūilitatis. Non enī fuit de illis filiab⁹ ſyon que eleuate ambulabāt extēto collo. Iſa. iij. Quere infra libro. v. de pulcritudine ei⁹. ti. xiiij. vbi agꝶ de collo. Sed magis exēplo dauid operto capite. ij. Regū. xv. ꝛ exēplo achab hūiliati corā dn̄o. iij. Regū. xxi. demiſſo capite credꝶ ambulaſſe. q̄ ſcȝ achab inde legꝶ a dn̄o ꝯmendatus.

In guſtu. Cum nunq̄ȝ aliq̄d guſtauerit quod guſtatū afferret mortem anime. Job vi. Sicut prima mater eua pomū appetijt toxicatū qđ ꝑ inobediētiā deuorauit. et letali guſtu virū ſuū ꝛ totā poſteritatē ſuā addixit miſere ſeruituti.

In tactu. Nam cōtrectaſſe credꝶ mēbra filij ſui cum omni hūilitate reuerētia ꝛ tremore. quē certiſſime nouerat vnigenitū dei.

In inceſſu. Quia nō ambulauit in magnis nec in mirabilib⁹ ſup ſe. Nec fuit de illis filiabus ſyon. que cōpoſito gradu incedebant pedib⁹ ſuis. Iſa. iij. Nec ſimilis illi cui dicꝶ Ezech. xxv. Pro eo ꝙ plauſiſti manu et ꝑcuſſiſti pede. et gauiſa es toto affectu ꝛc̄.

In habitu et omni motu ꝛ geſtu'. Quere de habitu ei⁹ exteriori lib. xij. ꝑticl'a. vi. ti. ꝑmo. de vite. vbi agꝶ de cortice vitis. ꝛ titulo. xxi. ꝓpe principiū. de virga. vbi agꝶ de cortice virge. Nouerat enim ꝙ Ex viſu cognoſcꝶ vir. i. ex ornatu q̄ exteri⁹ apparet. et ꝙ amictus corpis ꝛ riſus dentiū ꝛ ingreſſus hoīs annūciāt đ illo. Eccixix. ꝛ q2 nō tā ꝯuenit ornari veſte q̄ȝ morib⁹. ſicut dicit hieronym⁹. Nouerat etiam ꝓhibitōem illā Eccī. xi. In veſtitu ne gl'ieris vnq̄ȝ.

Hiero.

Itē Notādū ꝙ btā virgo intantū hūilitate plena fuit. ꝙ q̄nto mag̃ a deo ab angelis ꝛ ab homib⁹ extollebaꝶ. tanto mag̃ a ſeipa deijciebaꝶ. Nam cū in humani generis tota vniuerſitate ſingulariter ad hoc eligereꝶ. vt fieret angelorū dn̄a. celorū regina. hominū aduocata. mūdi imperatrix. ſeculi domīatrix. creatoris mater ꝛ nutrix. tn̄ intātū ſe depoſuit ꝛ deiecit. vt ſe nihil aliud diceret q̄ȝ dei ancillā. licȝ genitricē eiuſdem dn̄i ſe fieri ꝓuideret. Volebat ſiq̄dem tranſire libere per foramen acus. quod longū eſt ꝛ anguſtū. Nihil enī magnū vl' groſſum tranſire poteſt ꝑ illud. Nec ſufficit in illđ intrare. ſed neceſſe eſt ꝑ illud tranſire. Qui enī intrat ꝛ non tranſit. nihil

BB CC DD EE

ꝑficit. Intrat ⁊ trāſit/ qui qđ bene incepit meliꝰ ꝯſummat. Quiſqȝ enī trāſire ha/
bet ꝑ oſtiū paruiſſimū/ q̄nto magis ſe ꝯſtrigit et humiliat/ tāto faciliꝰ intrat. Quā/
cito aūt ſe erigit. tācito offendit. ⁊ ab oſtio ſe excludit. Propter hoc dicit dn̄s mat.
xviij. Quicūqȝ humiliauerit ſe ſicut paruulꝰ iſte. hic eſt maior in regno celoꝝ. Be
Beatus martinꝰ atus martinꝰ. Vis magnus eſſe in celo. ⁊ magnus valde ⁊ valde nimis. eſto par
uꝰ in terra. et paruus valde. et valde nimis. Sic enī habebis in celo ingreſſum
felicem/ et locū ſublimem.

## De ſimplicitate marie Titulus ſecūdus.

R
r Atōe ſimplicitatis compatur maria colūbe. que eſt auis ſimpliciſſima. Vn̄ A
dicit ei filius Cant. ij. Veni colūba mea ī foraminib⁹ petre. Eſt autē ſimpli/
citas q̄ſi collactanea hūilitatis. Simplex eſt q̄ vni ſoli rei intēdit. Vn̄ pſ.
Vnā petij a dn̄o ⁊c̄. Item Luc̄. x. Vnū eſt neceſſariū. Et dicit̄ ſimplex q̄ſi ſine pli
ca. i. ſine duplicitate. ¶ Eſt aūt triplex ſimplicitas. vera. ficta. indiſcreta.
Vera iuſtorū. que comitē habet diſcretōem. Hāc ꝑcipit dn̄s matth. x. dicēs. Eſtote
prudētes ſic̄ ſerpētes. ⁊ ſimplices ſic̄ colūbe. Talē habuit btā ꝟgo ſuꝑ oēs creat̄as.
Ficta hypocritaꝝ. q̄ ꝯponunt̄ ſm̄ exteriorē hoīem. in vultu. geſtu. habitu. et hmōi.
vt credant̄ religioſi. ⁊ hec ſūt veſtimēta ouiū. ſȝ deintꝰ ꝑuerſa ſūt oīa ⁊ lupina.
Indiſcreta ſtultorū. q̄ ſunt vt colūba ſeducta nō habēs cor. Oſee. vij. ¶ Solēt aūt B
tria incōmoda ſeq̄ ſimplicitatē a q̄bus ꝓptime ſibi cauit maria. Primū eſt teme/
ritas. quia defacili ſimplices decipiūtur. Unde ꝯparant̄ colūbe ſeducte. vt dictū
eſt. Sȝ maria loco temeritatꝭ habuit prudentiā ſpiritꝰ/ q̄ bene diſcernebat eſſe an
gelū dei cui ꝯſentire deberet. Secūdū eſt debilitas. Simplices eī de facili cadūt.
qꝛ reſiſtere neſciūt. Sed ipa fuit prudēs mulier ⁊ fortis. que cōtriuit caput ſerpen
tis antiqui. Terciū eſt timiditas/ qua nō audent ardua aggredi. Sed ipa habu/
it cōfidentiā fidem ⁊ ſpem certā. qua deū credidit de ſe incarnari. ⁊ reſpōdit auda
cter ⁊ deuote. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm̄ verbū tuū. Fortitudo aūt eius et cō/
fidentia in hoc apparuit qꝛ ezechiel ⁊ daniel et etiā btūs iohānes vidētes angelos
legunt̄ corruiſſe. Sed ipa videns angelū turbata eſt/ ſȝ nō ꝑturbata. ⁊ aſpectū an
gelicū ſine caſu potuit ſuſtinere.

## De ſancta timoratōe marie Titulus iij.

M
m Ulier timorata fuit btā virgo. Et eſt ſimilit̄ timor filialis vel caſtꝰ collacta
neus hūilitatis. Ideo Luc̄. i. dixit ei gabriel. Ne timeas maria. Timor au
tē ꝑparauit in ea locū adueniēti ſpūiſancto. iuxta illud Iſa. lxvi. Ad quem
reſpiciā niſi ad pauperculū ⁊ ꝯtritū ſpiritu/ ⁊ trementē ſermōes meos? Paupculꝰ
ꝓprie eſt pauꝑ ⁊ humilis. qualis erat maria. Cauſas autē timoris eius ad ingreſ/
ſum angeli inuenies īfra titulo. xi. de ꝟecundia eius.

## De excellentia marie Titul⁹ iiij.

D
d E venerabili ⁊ om̄i ꝑconio extollenda excellētia marie in oculis ſumme tri A
nitatis. que. ſ. excellētia reſpōdet excellētiſſime hūilitati ipius ī ocul̄ ſuis. lo/
quitur ipa eccl̄i. xxiiij. dicēſ. Ego ex ore altiſſimi ꝓdiui. ꝑmogenita añ oēm
creaturā. Ego ex ore al. p. quia ipe dixit ⁊ facta ſūt. Ex ore. qꝛ ꝟbo altiſſimi cre
ata ſum. Si q̄ratur quō virgo tā hūilis introducat̄ ſeipam ꝯmēdans. Ecce reſpō
ſio. Laus nō eſt ꝑiculoſa niſi ꝓpter vanitatē. Sed cū ipa ſit ꝟitatis mater quā de
ſe genuit. lōge eſt ab ea om̄imoda vanitas. ⁊ eſt in ea om̄imoda ꝟitas. ⁊ ideo pōt ſe
laudare. Itē cū dicat ſalomō ꝓuerb. xxvij. laudet te alienus ⁊ nō os tuū ⁊c̄. poteſt
dici qꝛ ipa nō erat que loquebat̄. ſȝ ſpūſ ꝓphetie. Dicit ergo. Ego ex ore altiſſimi
ꝓdiui. qꝛ ipe dixit ⁊ facta ſunt. Sed iterū ſi q̄rat̄ ad q̄d ꝑ laude ꝟginis ponitur
quod ꝯmune eſt oib⁹. Reſpōdemꝰ. Quia ipa eſt ꝑncipiū chriſti ſm̄ humanitatē q̄
eſt os patris. ⁊ quia de ea dixit tota trinitas ſpecialiter q̄ſi loq̄ns de chriſto Gen̄.
ij. Non eſt bonū hoīem eſſe ſolū. faciamꝰ ei adiutoriū ſil̄e ſibi. Seq̄t̄. Primogeni
ta ante omnē creaturā. i. dignior omni pura creatura.
Item de excellētia ſue creatōis loquit̄ ipa ibidem paulo poſt. Ab initio ⁊ ante ſecu/ B
la creata ſū. Ab īitio. i. a deo trinitate. Vn̄ puer. viij. vbi nos hēmꝰ. Dn̄s poſſedit



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

me in initio viarum ſuarũ. Dicit alia tranſlatio. Dominus creauit me in initio viarum ſuarũ. Vel [ab initio] id ẽ ab eterno [creata ſum] in preſciẽtia dei. Vel [creata] i. id eſt p̄uiſa creari quodã priuilegiato modo. Vel [ab initio] creatõis mũdi [creata ſum] i. ꝑfigurata creari p creationẽ lucis. de qua factũ eſt corpus ſolis vt q̇dam dicunt. Sicut enĩ in illa luce data eſt lux mũdo tamẽ ſubobſcura. ⁊ d̕ illa luce facta ſunt luminaria q̄ maiorẽ lucem dederunt vt ſol. ita beata ꝟgo dedit lucem mũdo reſpectu p̄oris tp̄is. nõ tñ tantã vt ſol. i. chriſtus qui de ea nat⁹ ẽ. Geñ. p̄mo. Dixit deus. Fiat lux. Heſter. viij. Judeis noua lux oriri viſa eſt. Vel [ab initio] [tp̄is gr̃e] [creata ſum] ad lr̃am q̄ ad animã. Vel [creata] i. genita a patre ⁊ matre. Tẽpus enĩ ante gr̃am deſitio erat tp̄is ſeu vite. quia totũ erat ĩ morte. Unde initiũ appellat̃ tẽpus g̃tie. Et erat deſitio q̄ntũ ad tẽp⁹ ⁊ vitã nature ⁊ gratie. oẽs enim moriebant̃ natura. nec erat vita repabilis ante chriſti reſurrectõem. Et etiã q̄ntũ ad vitã gratie. q: omnia ſub peccato. ad Gal̕. iij. [Ab initio] g̃ i. tp̄e gr̃e vbi oĩa initiata ſunt ⁊ renouata [creata ſum] ad lr̃am. Et ideo dicor aurora. que ẽ terminus noctis ⁊ initiũ diei. Ipa enĩ fuit termin⁹ legis. ⁊ initiũ gr̃e. Libro. vij. titulo. viij. ꝙ maria aurora. Et ante ſecl̕a. i. ab eterno ⁊ anteꝗ̃ iſta ſecularia tp̄a voluerẽt̃. Vel [añ ſecula] i. dignior oĩbus ſeculis. i. oĩbꝫ hoĩbus ⁊ mlĩerib⁹ oĩm ſecl̕oꝝ. Itẽ ꝑpter excellẽtiã ſui ſtat⁹ dicit ipa ĩ eodẽ capl̕o [Ego ĩ altiſſimis ĩhabitaui ⁊c.] L

Fuit maria excellens

In ſua ſanctificatõe. Excellẽtiſſime enĩ fuit ſc̃tificata. ⁊ in ſc̃tificatõe ſua vehemẽter exaltata. q: depurata ab omni feculẽtia terrene corruptõis. ⁊ colorata ⁊ tincta q̄ſi de nigro colore in cãdidũ. ⁊ tũc data eſt illi gl̕ia libani. q̄ ĩterp̄tat̃ cãdor. Iſa. xxxv. Quere infra titulo. xxviij. de ſanctificatõe eius.

In ſua natiuitate. q: ante ſanctificata q̃ꝫ nata. Nata eſt enĩ filia gr̃e. cũ omnes alij naſcant̃ filij ire. Ad ephe. ij. Quod ſignatũ eſt ĩ h̄ ꝙ fuit filia anne. q̄ interp̄tat̃ gr̃a. Unde Canti. vi. Una eſt matri ſue. Propter h̄ etiã de ei⁹ natiuitate dicit̃ Heſter viij. [Judeis noua lux oriri viſa eſt. gaudiũ honor ⁊ tripudiũ.] In ortu enĩ eius noua lux orta eſt oĩm iuſto. ꝑpter veritatis cognitõeꝫ q̄ antea ignorabat̃. [gaudiũ] ꝑpter carceris euaſionẽ. [honor] ꝑpter hoſtis deiectõem. [tripudiũ] ꝑpter ſalutis recupationẽ. Ipius enĩ ſanctificatio arra fuit noſtre ſanctificatõis. eius natiuitas arra nr̃e ſpũal̕ natiuitat̃. Nr̃e etiã redẽptõis. q: ad h̄ nata ẽ vt paterne p̄uaricatõis delictũ ablueret. Innocẽtiã repararet. Diſtricti iudicis iracundiã placaret. Portã celi apiret. Et captiuis libtatẽ cõferret. Jõ ipa dicit. In me oĩs gr̃a vie ⁊ ꝟitat̃ ⁊c.

In vita. iuxta humanã conſuetudinẽ. quia virginitatẽ vouit. licꝫ ſterilis malediceretur in lege. humillima fuit. licet multi ſupbiant de ſua virginitate. fidelis fuit et credula. licet quod ei ꝑmittebat̃ videret̃ impoſſibile. ſcꝫ ꝙ virgo cõcipet et pareret manens virgo. D

In filij dei admirabili cõceptõe. Concepit enĩ virginitatis gloria ꝑmanente. quod nulla alia. Concepit in vtero. i. ex cauſa intrinſeca. non ſicut alie mulieres que recipiunt ab extrinſeco vnde cõcipiũt. ſcꝫ ſemen viri. Origenes. Felix vmbilic⁹ caſtitatis. quem amplexus nõ tetigit marital̕. Concepit enĩ per aurẽ. id ẽ p fidem dictorum. quia fides ex auditu. Ad roma. x. Unde ipa dicit Cantic. v. [Dilect⁹ meus] i. de⁹ pater [miſit manũ ſuã] i. filiũ ſuũ [p foramẽ] aurꝫ mee ⁊c. Et ita ↄcept⁹ eius ſingularis. ⁊ oĩes alios ſuperexcellẽs.

Origeñ.

In filij portatõe. Fuit ei ſine corruptõe fecũda. ſine g̃uamĩe g̃uida. ſine dolore puerpa ſic̃ dic̃ btũs berñ. Et h̄ patet ex hoc ꝙ in ipo ſue cõceptiõis initio quãdo mulieres miſerabili⁹ affligunt̃. ſicut dicit idẽ btũs berñ. tota alacritate aſcẽdit in mõtana cũ feſtinatõe. nõ lẽto g̃du. ſicut mos eſt aliq̄ onere g̃uatorũ. Et ita manifeſtiſſime patet ꝙ filio dei g̃uidata fuit nõ grauata. E

Berñ.

In pariendi ſingularitate. q: ſine dolore. natura mirãte ſuũ pepit genitorẽ. Unde Iſa. lxvi. Anteꝗ̃ parturiret pepit. anteꝗ̃ veniret partus ei⁹ pepit maſculũ. Quis audiuit vnꝗ̃ tale. aut q̇s vidit huic ſil̕e. Hoc inuenies paulo infra. ti. xiiij. d̕ ꝑtu ei⁹. Vel aliter. Quia mlr̃e alie pepeũt reges ⁊ p̄ncipes. ſꝫ ipa ſola filiũ dei. Item

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliter. Multe alie pepererũt filios. qui poſtea coꝛonabãt̃ i reges. ſ; nõ naſcebãtur reges. Ipa ṽo ſola illum quẽ coꝛonauerat in vtero ſuo diademate glĩoſe carnis. (vnde Cañ. iij. Egredimĩ filie ſyon ⁊ videte regẽ ſalomonẽ ĩ diademate q̃ coꝛona uit eũ mater ſua. )pepit regẽ coꝛonatũ. Vñ dꝛ matth. ij. Ubi eſt q̃ natꝰ eſt rex ⁊c̃. Ratõe aũt huiꝰ excellẽtiſſime dignitat; ꝯpat ipa ſe cedꝛo./ que rex arboꝝ appellat̃. Vñ dicit eccĩ. xxiiij. Quaſi cedꝛꝰ exaltata ſum in libano.

⸌In filij lactatõe. Quia ſola ṽgo lac habuit. Et vocat̃ lac iſtð celeſte./ nõ terrenũ vel carneũ. ꝑpt ſuã excellẽtiſſimã dignitatẽ. Vñ canit eccl̃ia. Sola ṽgo lactabat vbe re de celo ple. Nec de eius lacte guſtauit aliꝰ q̃; filiꝰ dei. Vñ et ipe ſingularit̃ glo/riat̃ Cañ. v. dicẽs. ⌊Bibi vinũ meũ cũ lacte meo⌋ qð totũ fuit meu;. Et licet dicat̃ nomẽ ṽgis effuſum Cãti. i. oleũ effuſũ nomẽ tuũ. nõ tñ dꝛ ꝙ eiꝰ vbera ſint effuſa. F

⸌In ſingulari dominatu ſup filiũ dei ⁊ ſuũ. q̃ eſt rex regũ ⁊ dñs dñantiũ. i. ad Thi. vi. ⁊ Apoc. xix. Unde Luc̃. ij. dꝛ. Deſcẽdit cũ illis nazareth./ et erat ſubditꝰ illis. ſ. marie ⁊ ioſeph. Ibi augꝰ. Hoc ſingulariter illa femĩa habuit vt videret ſibi naſcẽ di ſollẽnitate ſubditũ. quẽ nõ ſolũ hũana./ verũ etiã angelica natura venerat̃ ⁊ ado/rat altiſſimũ. De h̃ multa inuenies ſupꝛa. libꝛo. iij. ꝓrogatiua nona.

*Augꝰ.*

⸌In ſingulari miſtratõe corã filio dei. Multi enĩ alij ⁊ multe alie ſuſceperũt xp̄m ĩ ſuis domibus vno die vl̃ duob; aut trib;. ipa ṽo in ꝓpꝛia domo vteri virginal̃ ñ tm̃ vno die vl̃ duob;. ſ; mẽſib; nouẽ. Itẽ alij pauerũt eũ cibis ꝯmũib;. ⁊ foꝛte de derũt ei aliqð indumentũ. ipa ṽo de carne ꝓpa ipi nudo. i. puro deo carnis ꝯtulit veſtimẽtũ. ⁊ ð lacte ꝓpo miſtrauit alimẽtũ. Et de ceter; opib; miſicoꝛdie ſic poter; aſſigre. Et ꝓpter h̃ dic̃ ipa antonomaſice. Corã ipo miſtraui. i. ad bñplacitũ eius. G

*Fuit maria excellens*

⸜In ſingulari ꝯtẽplatõe. Hoc habuiſti ſup̃. lib. i. ca. iiij. titulo. gr̃a plẽa. ĩ ꝑnci. capl̃i.

⸜In ſingulari actõe vel bona op̃atõe. qꝛ filio dei q̃ fuit in vnũ diues et paup ſex opa miſicoꝛdie exhibuit excellẽter. Vñ in iudicio poterit ei dicere filiꝰ excellẽter illud Matth. xxv.

⌊Hoſpes erã ⁊ collegiſti me⌋ſc; in tabernaclo ṽginal̃ vteri tui. Vñ iob. xxxi. quaſi ĩ ꝑſona marie. ⌊Foris nõ mãſit pegrinꝰ⌋ſc; filius dei. Aſſigna de pegrinatõe chri/ſti. ⌊Oſtiũ meũ viatori patuit.⌋ De quo ſc; viatoꝛe dicit̃ Hiere. xiiij. quaſi loquẽt; ad filiũ dei. Quare q̃ſi colonꝰ futurꝰ es in terra. ⁊ q̃ſi viatoꝛ declinãs ad manẽdũ. Qui videlic; viatoꝛ cũ nõ haberet vbi caput ſuũ reclinaret. matth. viij. ſuſceptꝰ eſt ⁊ hoſpitatus in vtero ⁊ in domo ṽginali. H

*Infra ti. xxxiij.*

Itẽ⌊ Nudꝰ fui ⁊ coopuiſti me⌋veſtimẽto videlic; tue carnis ṽginee. Vñ dictũ fue/rat marie. Qð naſcet̃ ex te ſanctũ ⁊c̃. Itẽ luce. ij. ⌊Et pãnis eũ inuoluit⌋ecce veſti/mentũ. et reclinauit in p̃ſepio. ecce materiale hoſpitiũ. Propter hoc chriſtꝰ ſe dicit granũ frumẽti. Ioh. xij. qð nudũ ſemiat̃. i. ad choꝛ. xv. ſed ſurgit veſtitũ palea ſua. Propter h̃ etiã ꝯpat̃ ipa velleri gedeõis. qꝛ lana ſua. i. carne virginea veſtiuit agnũ dei. Unde ⁊ filiꝰ dicit ei Iob. x. Pelle ⁊ carnib; veſtiſti me ⁊c̃. I

Itẽ⌊ Eſuriui et dediſti mihi mãducare⌋ Vñ hiero. dic̃. ꝙ cũ acu ⁊ colo acq̃rebat vñ ſe ⁊ filiũ paſcebat. Vñ cantic̃. ij. dicit̃. ꝙ chriſtꝰ paſcit̃ inter lilia. Et hec lilia inter/p̃tatur btũs berñ. manꝰ beate marie dicẽs. Manꝰ marie q̃dã lilia cãdidiſſima ſũt. nec cauſabit̃ lilioꝝ amatoꝛ inter lilia nõ inuẽtũ. q̃cq̃d inter marie manꝰ inuenerit. K

*Hiero.*

*Berñ.*

Itẽ⌊ Sitiui ⁊ dediſti mihi potũ⌋ ſc; lactis virginei. qð ego ſolus bibi. Poteſt etia; intelligi iſtud de potu fidei q̃ maria p̃ oib; ipm potauit. figurata ꝑ ſamaritanã mu liere cui chriſtꝰ dicit Ioh. iiij. Da mihi bibere.

Item.⌊ Infirmus eram ⁊ viſitaſti me.⌋ Quod impletũ eſt quãdo chꝛiſtus crucifige/batur. et ipa ſtabat iuxta crucẽ. quãdo ſcilic; deus pater filiũ percutiebat pro ſalu te populi ſui. Iſa. liij. et q̃n vulneratus eſt ꝓpter iniq̃tates nr̃as. ⁊ attritꝰ ꝓpter ſcelera nr̃a. ⁊ liuoꝛe eius ſanati ſumus. ſicut ibidẽ dicit̃.

Item⌊ In carcere eram ⁊ veniſti ad me.⌋ Quaſi incarcerabat̃ chriſtꝰ in carcere noſtre moꝛtalitatis./ quando naſcebatur de virgine verus homo. et ad ipſum tunc veni/ebat maria ſicut mater ad filium iacentẽ in cunabulo. Sed tunc q̃; maxime fuit incarceratus./ quãdo poſitus in ſepulcro. Unde in perſona eiꝰ dicit hiere. trenoꝝ L

iij. In tenebroſis collocauit me .q̄ſi mortuos ſempiternos. Itē ibidē. Lapſa ē in
lacū vita mea. et poſuerūt lapidē ſup me. Tūc autē licet nō legat̄ hoc in euāgelio:
nō dubitatur ad ſepulcrū veniſſe filij mater pijſſima. Vn̄ hieronym⁹. Quā miſerū
erit ⁊ impiū ſentire de matre. vt qn̄ cetere ſancte mlieres tantā curā habuerūt d̄ do
minica ſepultura: ipa ſe abſentauerit. Abſit.

In ſingulari paſſiōe vl' martyrio. De hoc ſufficiēter inuenies ſup. lib. iij. prerogatiua M
eius decima.

In ſingulari trāſitu vl' aſcenſu de mūdo ad deū. d̄ terra ad celū. de exilio ad patriā.
de miſeria ad glīam. Unde et trāſitus eius dicit̄ aſſumptio. qn̄ videlicȝ aſcēdit de
deſerto delicijs affluēs: innixa ſup dilectū ſuū. Canti. viij. Hoc inuenies plene ex
poſitū libro. xij. particula. iij. de aromatib⁹ orti cōcluſi.

In ſingulari ſepultura. vbi ſcȝ nexib⁹ mortis nō potuit deprimi. nec corpus ei⁹ reſo
lutū eſt in cineres. qꝛ ſicut pater nō dedit ſanctū ſuū videre corruptiōeȝ. ſ. chriſtū. ſic
nec ſanctam ſuā ſpecialē. i. mariam.

In ſingulari ſublimatiōe. qꝛ nō ſolū cū angelis ſublimata. ſed ſup oēs choros ange N
lorū exaltata. Quere libro. iij. xi. prerogatiua marie.

In ſingulari ꝯſeſſu ad dexterā filij. ſic̄ credit̄ in throno glīe. qꝛ ipa deſignata ē p̄ ber
ſabee matrē ſalomōis: qui chriſtū ſignat. Cui videlicȝ berſabee de p̄cepto filij poſi
tus eſt thron⁹ iuxta thronū regis. ⁊ ſedit ad dexterā eius. iij. Regū. ij.

In ſingulari p̄tāte. Cū enī poſſit v̄iſſime dicere cū filio. Data eſt mihi oīs p̄tās ī ce
lo ⁊ in terra. Matth. i fine. excellēter tn̄ dicit. In hieruſalē ſupna p̄tās mea. impe
rādi. ſcȝ q̄cq̄d volo tam v̄tutib⁹ angelicis q̄ȝ aīab⁹ ſanctis. ⁊ q̄s volo introducēdi.
Ecci. xliij. In omī neceſſitate oīa obaudiūt ei. De his multa inuenies. titulo. xxx.
infra de potentia eius.

Itē ratiōe excellētie ſue appellat̄ maria mlier ex oīb⁹. Mulier ſcȝ ex oīb⁹ bonis mu O
lierib⁹ collecta. omniū bonaꝝ mlierū vniuerſas bonitates ⁊ ſingulas in ſe habēs.
Eccl'es. vij. Virū de mille vnū repperi. qd̄ q̄dā exponūt de ſamſone q̄ mille ſtra
uit. alij de dauid. q̄ decē milia. Mulierē ex oīb⁹ nō inueni. Ideo etiā ꝯq̄rebatur
ſalomon. puerb. in fine dicēs. Mulierē fortē q̄s inueniet? Quere lib. vi. titulo. ix. a
lr̄a. I. vſqȝ ad O. ꝙ maria mulier.

Itē rōne ſue excellētie dicit̄ ei Cañ. iiij. Odor vnguētorū tuoꝝ ſup oīa aromata. q̄ſi P
dicat̄. Omnē gratiam vincit tua ſublimitas. omnē excellentiā ſupat tua dignitas.
Ad hoc etiā facit ꝙ ipa dicit̄ terribil' vt caſtroꝝ acies ordinata. Cañ. vi. Ipa eī
tantū demonib⁹ ē terribil'. qn̄tū angelis ⁊ ſanctis exiſtit venerabil'. i. ſicut tota aci
es apoſtoloꝝ. p̄phetaꝝ. martyrū. angelorū. ꝯfeſſoꝝ. et virginū. ⁊ omniū q̄ ordiate
cōtra diabolū pugnauerūt. Nā quia oīm ſanctoꝝ p̄uilegia habet in ſe ꝯgeſta. Vn̄
dicit Cañ. vij. Oīa poma noua ⁊ vetera dilecte mi ſeruaui tibi. Ita terribil' eſt dmo
nib⁹ ſicut vniuerſa collectio oīm ſctōꝝ aliorū. Itē p̄pter h̄ inter lapides ꝯpat̄ to
paſio. qui dꝛ q̄ſi topandien. i. omnicolor. a pan qd̄ eſt totū ⁊ zion vl' dyan qd̄ eſt co
lor. et ſignat omnē v̄tutē. Tn̄ ſup apoca. dꝛ a topanden q̄ eſt inſula egipti vbi inue
nit̄. Topazi⁹ enī eſt receptiu⁹ oīs coloris. Ipa enī p̄dita fuit optimis naturalib⁹.
et receptiua oīs gr̄e ⁊ virtutis. Apparuit tn̄ q̄ſi de ethiopia. qn̄ legem datā de mu
lierib⁹ q̄ cōceperāt de viris impleuit in purificatiōe.

Et nota ꝙ nō ſolū intātū excellit dignitatē oīm ſctōꝝ. ſed etiā dignitates oīm celeſtiū Q
virtutū. Superior eſt enī angel' gloria. quia pl⁹ meruit. ſ. ꝙ dei filius aſſumeret ex
ea naturā humanā. q̄ noluit aſſumere angelicā. Ad heb. ij. Nuſq̄ȝ angelos app̄hē
dit: ſȝ ſemen abrahe app̄hēdit. Superior partu: q̄m dn̄m angeloꝝ genuit. Superior
honore. qꝛ fili⁹ eā ſup choros angeloꝝ collocauit. Et ideo admirabil' etiā eſt ipis
angel'. Unde dicūt Canti. viij. Que eſt iſta q̄ aſcēdit ⁊c. inixa ſup dilectū. Cū ipſi
ſint ſub dilecto. Superior v̄ginitate: qꝛ in carne fragili: qd̄ nō angeli. p̄ter vicia car
Bern. nis vixit. Superior reuelatiōe. qꝛ ſicut dicit btūs ber. Dn̄s ſecretū ſue incarnatiōnis
prius ipi q̄ȝ alicui angeloꝝ reuelauit. excepto dūtaxat gabriele. qui vtiq̄ȝ tāte inter
ſuos inueniri potuit excellētie vt tali nomine dignus haberet̄ ⁊ nūcio. Superior

ↄtēplatōe dei.qꝛ cū iam ſit reſuſcitata vt ꝓ credit̃. regē gl'ie ī decore ſuo videt ocu li eius. Jſa.xxxiij.nō ſolū ītellectuales ſed etiā corꝑales.quales angeli nō habēt.ꝗ intellectualibꝫ oculis ſolūmō videt. Vn̄ ⁊ dicunt̃ intelligētie. Jtē ſupior eſt angel' qꝛ fili⁹ dei nuſꝗꝫ angelos appḣēdit.ad heb.ij.id ē naturā angelicā.ſed ſemē abrahe appḣēdit in ea ⁊ ex ea ī miſterio ſpūſſancti. Jtē. Quia nulli angeloꝝ dixit aliq̄ndo pater.fili⁹ me⁹ es tu.heb.i.ſꝫ hoc dixit filio marie ī baptiſmo. Mat.iij.⁊ ī trāſfigu ratōe Mat.xvij. Jtē. Quia nulli angeloꝝ ſubiecit pater orbē terre.ſꝫ filio marie/ ſi cut dicit̃ ī pſ.⁊ hebre.ij. Et qꝛ oīa ſubiecit ſub pedibꝫ ei⁹.nihil dimiſit nō ſubiectū ei. Tota ꝓ excellētia matrꝫ/ab excellētia filij deriuat̃.

Cācella ri⁹ philip pus

Jtē rōne ſue excellētie ꝗ excellit oēm angelicā dignitatē/canit eccl'ia ī aſſumptōe ei⁹. R
⌊Vidi ſpecioſam ſicut colūbā aſcēdentē deſuꝑ riuos aq̄ꝝ.⌋qꝛ n̄ ſolū cū angel' ſubli mata.ſed ſuꝑ oēs choros angeloꝝ exaltata. De q̄bꝫ aq̄s dicit̃. Bn̄dicite aq̄ om̄es ꝗ ſuꝑ celos ſunt dn̄o. Et apoc̄.vlti. Oſtendit mihi fluuiū aq̄ viue ſplēdidū tāꝗꝫ cri ſtallū ꝓcedentē de ſede dei ⁊ agni in medio platee ei⁹. Jpi eni ſunt ꝑmi ꝗ de fonte diuine bonitatꝫ ꝓcedunt. Quia ꝓ maria cū angel' aſcēdit ⁊ ſuꝑ angelos. dꝛ Cāti. viij. ⌊Que ē iſta ꝗ aſcendit ꝑ deſertū/delicijs affluens innixa ſuꝑ dilectū ſuū⌋ De ſertū dicit̃ celū/iuxta ꝑabolā de oue ꝑdita. Lu.xv.⌊Delicijs affluens. delicijs⌋.ſ.fi lij. Jn ꝟbo affluendi notat̃ abūdātia deliciaꝝ. Unde eccl'es.i. Omnia flumia ītrāt in mare. Cum eni ſint filio delicie eſſe cū filijs hoim.puer.viij.ſingl'ares ſūt ei de licie eſſe cū matre de ꝗ carnē aſſumpſit. Quia cū ln omni creatura ſit ꝑ eſſentiā. ī iu ſtis ſit ꝑ gr̄am.excellēti⁹ in ea ꝑ gr̄am ꝗ fuit gr̄a plena.excelētiſſime ⁊ ſimpliciter ꝑ vnionē. Unde eā fecit locū voluptatis. Jtē afflūes etiā delicijs angelorū/ ꝗꝝ ſin gulos ordines in ſe ꝟtutibꝫ exēplauit. Cū enim officiū angeloꝝ ſit miſtrare.ſic̄ dꝛ. ad heb.i.q̄dāmodo in ſe angelorū formā expſſit cū elizabeth miſtrauit. Jdeo dic̄. ⌊Corā ipo miſtraui⌋. Ecc̄i.xxiiij. Jtē nūciauit minora cū angel' ꝗ minora nūciāt qn̄ dixit miniſtrꝫ nuptiarū. Quecūꝗꝫ dixerit vobis facite. Maiora ꝓ cū archāge lis/cū apl'os inſtruxit. Virtutes expſſit.cū ipis apl'is deficiētibꝫ ī paſſiōe/impterri ta licꝫ iā gladio paſſiōis filij trāſfoſſa iuxta filij crucē ſtetit. Jō dictū eſt.⌊Mulierē fortē ꝗs inueniet? Cōfidit in ea cor viri ſui.⌋ Et ī ipi⁹ ↄſtātia ↄfidentiā potuit hr̄e chriſt⁹.ꝗ tūc ad detētos in limbo deſcēdens/ nō ſine ſpolijs redijt educēs eos de laci. Principat⁹ ī ſe exēplauit/cū ꝑ hūilitatē diaboli ſuꝑbiā deiecit. Vn̄ Gen̄.iij.dꝛ ꝑpetū⌊Jpa ↄteret caput tuū.⌋q̄ð ē ſuꝑbia. Ptātes.cū ꝑ pauꝑtatē ſpūs cupiditatē totius mūdane ptātis cōtempſit.cantans illud. Depoſuit potētes ⁊c̄.⌋Aſſigna de pauꝑtate ei⁹. Dn̄atōes/cū ꝑ ꝟginitatiſ pudiciciā immūdiciciā voluptatꝫ calcauit. qꝛ ī ea tātum ſpūs dn̄abat̃ carni.qꝛ in ea fomes extinct⁹ eſt. Vn̄⌊Syndonē fecit⌋ qn̄ chriſtū carne induit. Chanane⁹ ↄmutat⁹/cū in ſe refrigerio ſpūſſancti oēs car nales mot⁹ extinxit. Thronos in ſe deſcꝑſit/cū ſedes ſummi regꝫ facta eſt. Cui di xit rex. Veni electa mea.et ponā ī te thronū meū. Cherubin plenitudo ſciētie.quē in ſe trāſformauit.cū illū in ſe recepit in ꝗ ſunt oēs theſauri ſapiētie ⁊ ſciētie abſcō diti. Col'.ij. Seraphin q̄ð eſt ardēs.cū deſiderio ardenti filiū ꝓſecuta eſt aſcēden tē clamans. Trahe me poſt te.⁊ cū viſa ē dixiſſe angel' orādo. nūciate dilecto quia amore langueo.o vos filie hieruſalē.

Jtē rōne ſue excellētie dꝛ ipa⌊pulcra vt luna⌋canti.vi.id ē vniuerſal' eccl'ia. qꝛ ꝗcq̄d pulcritudīs habent alij ſancti in parte.habet maria in toto. Nemo eni ſctōꝝ inuē tus eſt ſil'is illi in gl'ia.ſicut de abrahā dicit̃ Ecc̄i.xliiij. Simil' inq̄m in hūilitate. in ſanctitate.ī caritate.⁊ ſic de ceterꝫ ꝟtutibꝫ q̄s omnes habuit in ſuꝑlatiuo. Et q̄t ꝟtutes/tot habuit in ſe pulcritudīes.⁊ ideo pulcerrima mulieꝝ Cañ.v. Et iō di cta eſt ⁊ vocata ab angelo gr̄a plena.et hoc eſt ꝓpriū nomē eius.ſicut maria. Vnð lxij. Jſa.⌊Vocabit̃ tibi nomē nouū.q̄ð os dn̄i.⌋id ē angelus.vl' filius ꝗ eſt os pa tris prius ꝑ angelū⌊nomīauit⌋ Jdeo etiā dicit ipa ecc̄i.xxiiij. Jn me omnis ḡtia vite et veritatis ⁊c̄. Et bene omnis gratia.quia nulla ei defuit virt⁹. Nec puritas angelorū. Nec fides patriarchaꝝ. Nec ſciētia ꝓphetarū. Nec zel⁹ apl'orū. Nec pa tientia martyrū. Nec ſobrietas ↄfeſſorū. Nec innocentia aut hūilitas virginum.

 k

Bern. Btũs ber. Quatũcũqꝫ donũ alicui ſctõ ſit datũ. tãte virgĩ nõ credim⁹ eſſe negatũ.
Si ꝯo q̃rat̃ vnde ei tãta excellẽtia. Poteſt rñderi. Utiqꝫ ex h̃ ꝙ dñs fecit ei magna U
q̃ potens ẽ. Magna in terrꝫ / exaltãs eam ſup oẽs hoĩes. Magna in celis / exaltãs
eã ſup oẽs angelos. Magna in infernis / ſubijciens ei vniuerſas tenebrarꝫ ptãtes.
Ideo de ipã põt dici ſicut de filio illud Iſa. xlviij. Faciet voluntatẽ ſuã in babi/
lonẽ hoc eſt. in infernũ. Et brachiũ ſuũ in chaldeis .i. in domib⁹. Chaldei enĩ in/
terp̃tatur feroces vl' q̃ſi mãmilla.
Itẽ. Ex eo ꝙ copioſa eſt ſpũalib⁹ diuitijs cõſpicua bonitate. diſerta ſapiẽtia. tremen/ X
da cũctis viuentib⁹ ptãte. Genere illuſtris. forma deſiderabil'. immẽſitate incõpre/
hẽſibilis. eternitate indeficiẽs. Cui⁹ imperiũ attingit a mari vſqꝫ ad mare. q̃ etiaz
ex dono filij ſui attingit a fine vſqꝫ ad finẽ fortiter. ⁊ cum eo diſponit oĩa ſuauiter.
Sap. viij. Attingit etiã vbiqꝫ ꝑpter ſuã mũdiciã. Sap. vij.
Itẽ. Ex eo ꝙ virgo exiſtẽs in matrẽ dñi electa eſt. vt ĩmaculat⁹ de mũda naſceret̃. Et Y
vt ſicut in celo patrẽ habebat ĩmortalẽ etern⁹. ſic in terra matrẽ haberet ꝟginẽ ĩcor
ruptus. Et quia in celo q̃lis pater tal' filius. ideo in terra q̃lis mater talis fili⁹. In
celo cũ patre etern⁹ ⁊ ĩmẽſus. in terra cũ matre ĩmaculat⁹ ⁊ mãſuetus. In celo cũ
patre incorrupt⁹ ⁊ ſublimis. in terra cũ matre virgo ⁊ humilis. In celo imago pa
tris. in terra imitator matris. Et ideo marie excellẽtia ex eo ꝙ filius dei ſm hũani
tatem dignatus eſt ei fieri ꝯſimilis. Ideo etiã talẽ fecit matrẽ ſuã ſm ꝙ deus / qual'
fieri voluit ex matre ſm ꝙ hõ. Propter h̃ de matre ⁊ filio dicit̃ Oſee. x. Uitis fron
doſa iſrael .i. maria. Fruct⁹ .i. chriſt⁹. adequatus eſt ei.

¶ Poſt hoc debet ſcribi de honorificentia marie. ⁊ poſtea de gloria marie. ⁊
poſt hoc de magnitudine marie.

## De p̃cioſitate marie Titulus v.

De p̃cioſitate marie dicit̃ ꝑuer. in fine. Procul ⁊ de vltimis finib⁹ p̃ciũ eius. A
Quere expoſitõem libro. vi. titulo. ix. ꝙ maria dicit̃ mlier fortꝫ. ⁊ mlier bo/
na. Itẽ ꝑabo. viij. Precioſior eſt cũctis opib⁹ ⁊c. Hoc inuenies paulo ĩfra.
Item Sap. vij. dicit̃ de ſapiã. ⁊ congrue poteſt exponi de maria. Nõ ꝯparaui il
li lapidem p̃cioſum. .i. aliquẽ ſanctũ. quoniã omẽ aurũ in ꝯparatõe ei⁹ arena ẽ
exigua. .oĩs enĩ ſanct⁹ reſpectu marie / arena eſt reſpectu auri. Et tanq̃ lutũ eſtima
bit̃ argentũ in cõſpectu ei⁹ .i. mũdi ſapiẽtes ⁊ eloq̃ntes reſpectu ſapiẽtie ⁊ eloquẽ
tie eius. Itẽ Job. xxviij. dicit̃ de ſapiẽtia. ⁊ cõgrue poteſt exponi de excellẽtia ma/
rie. Neſcit homo p̃ciũ eius. .quia nõ eſt p̃ciũ qd poſſit ei ꝯparari. Quia p̃cioſi/
or eſt cũctis opib⁹. .corꝑalib⁹ ⁊ ſpũalibus. Et oĩa q̃ deſiderant̃ nõ valent ei ꝯpa/
ri. ꝑuer. viij. Nec inuenit̃ in terra ſuauit .i. voluptuoſe ⁊ delicate viuentiũ. In
terra .i. in aĩa. ſed poti⁹ in terra laborioſe viuentiũ. Abiſſus dicit. nõ ẽ ĩ me. Abiſ
ſus cor homis ꝑ vicia fluidũ. ꝑ inſipientiã obſcurũ. ꝑ auariciã ꝓfundũ. ꝑ infideli/
tatẽ tenebroſum. ꝑ ſupbiã feruidũ. ꝑ doloſitatẽ inſcrutabile. ⁊ hmõi. Tale autẽ cor
nõ inhabitat maria ꝑ grãm. Et mare .i. mẽs amara ꝑ inuidiã ⁊ irã. adapta ſeptẽ
criminalib⁹ ſeptẽ ꝑperates mar'. loq̃t̃ non eſt mecũ. Sapiẽtia enĩ vel maria tãto
Grego. a terrenis fugit. quanto in eis q̃etem nõ inuenit. vt dicit gregori⁹. Nõ dabit̃ aurꝫ
obrizum ꝓ ea. q̃ſi diceret. p̃cioſior auro obrizo. Prouer. iij. Melior eſt acq̃ſitio ei⁹
negociatõe auri ⁊ argenti ⁊c. Aurũ obrizũ eſt aurũ purũ ſine omĩ macula. Alij ho
mines poſſunt eſſe aurũ. ſed nõ obrizũ. q: nõ ſine culpa / adminus veniali. ſicut ipa
ſola. Nec appẽdet̃ argentũ in ꝯparatõe eius. Ad lrãm. q̃cq̃d eſt citra deũ / incõpa/
bile ẽ marie. Uel ſic. Per aurũ ſancti angeli claritate iuſticie fulgidi. ⁊ nullo conta B
gio culpe infecti. q̃ nõ ſũt cõparabiles marie. q: naturã angelicã nõ aſſumpſit chri
ſtus vt nos redimeret. ſꝫ humanã de ſubſtãtia marie. Per argentũ hoĩes ſancti pu
ri ⁊ eloq̃ntes. q̃s omnes ſctitate trãſcẽdit. q: nõ eſt inuẽt⁹ ſilis illi. Eccĩ. xliiij. Nõ
conferet̃ tinctis indie colorib⁹ .i. mũdi ſapiẽtib⁹. q̃ cũ ꝟtutib⁹ careãt aliud ſe eſſe
q̃ꝫ ſint ꝟborũ ꝯpoſitõib⁹ q̃ſi ſupductis colorib⁹ mentiũt̃. Non lapidi ſardonico
p̃cioſiſſimo. .ꝑ quem poteſt ſignari adã ĩ ſtatu innocẽtie. q̃ interp̃tat̃ terra rubea. q̃
etiã q̃ſi tot⁹ fuit innocẽs nõ poſſet ꝯpari marie ꝯparatõe adeq̃toĩs. Uel ꝑ ſardonicũ

martyres ſuo ſanguiñe rubricati.quoꝝ corpa de terra.quorũ tñ martyria ñ ſũt cõ/
Hiero. parabilia martyrio marie.q̃ paſſa eſt in aĩa.q̃ eſt impaſſibil'.ſm hieronymũ. Unde
ipa eſt pl⁹ q̃ȝ martyr. Uel ſardonico .i.patrib⁹ veteris teſtamẽti terrena q̃dã ſectã
tib⁹. Sardonicus eñi terre rubre ſilis ẽ. Ipa ꝓo nihil terrenũ.nihil carnale q̃ſiuit.
Nõ ſapphyro q̃ eſt aerij coloris.i.alicui ſctõ noui teſtamẽti celeſtia ſola querẽti.
Uel p ſardonicũ ſignĩ hoĩes q̃ facti ſunt de terra rubra in adã.p ſapphyrũ ange/
li in celo creati.quos vtroſq; lõge pcedũt ſapiẽtia ⁊ maria. Nõ adeq̃bit̃ ei aurum
vel vitrũ .i.ſancti iam beati.qui claritate iã fulgẽt.que p aurũ. quoꝝ ꝯſciẽtie ſibi
adinuicẽ patẽt.q ꝺ p vitrũ.in q̃ tal' apparet liq̃z exteri⁹ q̃lis ꝯtinet̃ interi⁹. Ibi enĩ
Grego. vt dicit gregori⁹.vniuſcuiuſq; mẽtẽ ab alteri⁹ oculis mẽbroꝝ corpulẽtia nõ abſcõ
dit. Uel p aurũ ſancti eccl'ie militãtis fulgẽtes ꝟtutib⁹.p vitrũ ſancti eccl'ie trium/ C
phantis puritate trãſlucẽtes. Apoca.xxi. Ipa ciuitas aurũ mũdũ.ſil'e vitro mũdo
Quia eccl'ia militãs ſil'is triũphanti. Et paulo poſt. Nõ adeq̃bit̃ ei topazi⁹ ꝺ ethi
opia .i.aliq̃s pus niger peccatis.ſed mõ ꝯuerſus ad fidẽ.⁊ donis ſpũſſancti locu
pletatus.⁊ q̃ſi multĩ colorib⁹ multis ꝟtutũ ſpeciebꝰ decorat⁹. Dicit̃ aũt topazi⁹ q̃ſi
topandien.i.omnicolor. Eſt g̃ ſenſus. Nõ adeq̃bit̃ ei q̃ntuſcũq; pfect⁹.' omni ꝟtu/
tũ genere reſplẽdẽs. Nec tincture mũdiſſime ꝯferet̃ .i.oẽs baptizati licz omni ꝟ/
tutũ genere ſplẽdẽtes nõ ꝯpabũt̃ ei.quoniã oẽs excellit gl'ioſiſſima ꝟgo. Idcirco
etiã illi ꝯuenit illꝺ qꝺ de filio dicit̃ Iſa.xl. Ecce gentes q̃ſi ſtilla ſitule. ⁊ q̃ſi momẽ
tũ ſtatere r̃putate ſunt ei. Ibidẽ. Oẽs gentes q̃ſi nõ ſint ſic ſunt corã ea.⁊ q̃ſi nihi
lũ ⁊ inane reputate ſunt ei.i.ad ꝯparatõem illi⁹.

## De gloria marie Titulus vi.

GLoria marie in h̃ multũ cõſiſtit.q̃ꝛ de ipa ab initio ſecl'i multa nõ ſolũ dicta A
ſunt.ſed etiã figurata ſunt gl'ioſa. Ipa enĩ illa ciuita s eſt de q̃ dicit pſ. Glo
rioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Nec ſolũ dicta ſunt.ſz ⁊ dicũt̃ q̃tidie ⁊ di/
cent̃ vſq; ineternũ. Sed q̃ gl'ioſa: Qz btãm eã dicũt omnes generatõẽs. Quere ſu
pra ti.i.de humilitate ei⁹. Chriſtus enĩ marie fili⁹. ipe heri.ipe hodie.ipe ⁊ in ſecl'a.
Heb.in fine. Et ipe q̃ antiq̃s inſpirauit.vt de matre ſua ſub enigmatib⁹ gl'ioſa p̃
dicerẽt.ipe ⁊ q̃ſdã modernos illuſtrat vt de ea glorioſa ñ taceãt. ⁊ etiã vſq; ad finẽ
mũdi ſp aliq̃s illuſtrabit vt matrĩ p̃conio noua ſp aliq̃ ſupaddant.

## Gloria marie B

- Sacerdotalis ⁊ regia generoſitas. Uñ. Oĩs gl'ia filie regis .i.marie filie dauid
Labitus. Quere expoſitõez lib.vi.titulo.v.q̃ꝛ maria filia. Propter h̃ etiã appellata
eſt virga ieſſe.a q̃ immediate ortũ habuit tribus regia.
- In ſanctificatõe collata ei ſanctitas. Uñ Ezech.iij. Bñdicta gl'ia dñi .i.maria ꝺ
loco ſuo .i.de matrĩ vtero. Uñ potuit dicere illud Iob.xxxi. Ab infantia creuit
mecũ ſctĩtas.⁊ ꝺ vtero mr̃is mee egreſſa eſt mecũ. Nota creuit q̃ꝛ marie ſctĩtas ſp
augmentabat̃.ſed ineffabiliter ĩ ꝯceptu ſaluatoris.
- Omnimoda gratioſitas. Unde.puer.xi. Mulier g̃tioſa inueniet gloriã.' omnimode
bonitatis ⁊ virtuoſitatis.
- Cõſciẽtie plena trãq̃llitas.quã peccatũ nõ remordebat.de q̃ apl's .ij. Chor. i. Gl'ia C
nr̃a hec eſt teſtimoniũ ꝯſciẽtie nr̃e. Et iob.xxix. Gl'ia mea ſp innouabit̃ ⁊c̃.
- Spiritual' et vera paupertas. De q̃ dñs dicit Iſa.xlij. Gloriam meã alteri nõ dabo.
Gloria dñi p̃elegiſſe paupertatẽ. Et hãc gl'iam excellẽtiſſime dedit fili⁹ et inſpirauit
matri ſue.⁊ ſic exponendũ.alteri ſcz q̃ȝ marie.
- Singulariſſima hũilitas.quam de⁹ reſpexit ⁊ adamauit.⁊ merito cui⁹ ipam omni
ꝟtute et gratia adimpleuit. Eccl'i.xliij. Species celi gl'ia ſtellarũ. Celũ maria.cu
ius ſpecies hũilitas.quã ſpeciẽ dñs cõcupiuit.iuxta verbũ pſalmiſte. Gl'ia ſtella
rũ.ornatus ceteraꝝ virtutũ.q̃ꝛ hũilitas theca erat ⁊ repoſitoriũ.
- Primitiua ⁊ fecunda virginitas. Ipa enĩ familiari ſpũſſancti ꝯſilio p̃ma vouit virgi D
nitatẽ.et merito voti hui⁹ dedit ei dñs ſingularẽ fecunditatem. Unde Iſa. xxxv.
Gloria libani data eſt ei. Libanus cãdor.' quo ſignat̃ virginitas.
- Saluo flore ſingularĩ fecũditas. Uñ dictũ eſt ei Luce.i. Qꝺ naſcet̃ ex te ſanctũ vo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cabitˀ filiꝰ dei. De glia iſta dicitˀ Oſee.ix. vbi loqtur de xp̄o ꝛ maria. Glia eorum a
partu ꝛ ab vtero ꝛ a ꝯceptu. Expone ordie p̄poſtero. et q̄re expoſitionē.
Bern̄. Excelletiſſima maternitas. qꝛ facta eſt mater dei. Btūs ber. Hec eſt virgis nr̄e glia
ſingularis. ꝛ excellēs p̄rogatiua marie. qꝛ filiū vnū et eūdēꝗ cū deo p̄re meruit h̄re
ꝯmunē. Item Iſa. xlij. dicit deꝰ pater. Gliam meā .i. filiū meū. qꝛ glia patris fi
lius ſapiēs. Prouer. x. ſcḋm aliā lr̄am alteri nō dabo .ſcꝫ marie. qꝛ ſoli marie hoc pri
uilegiū debebatˀ.
Per partū ipius humani generis redēpta captiuitas. et repata libertas. Et h̄ ē vnū E
ꝛ p̄cipuū de illis glorioſis q̄ dicunt̄ de ciuitate dei. i. btā maria. Per ipam eni miſit
Gloria marie. dn̄s redēptōem pp̄lo ſuo. Et Ioh. viij. dicit filiꝰ eius q̄ dei ꝛ eius ꝯmūis eſt filiꝰ.
Si filiꝰ vos liberauerit. vere liberi eritis.
Sūme honorificētie ſingularitas. cū in morte tp̄ali mortˀ nexibꝫ nō eſt depſſa. qui
ſunt putrefactio. vermis. ꝛ incineratio. ſed in aīa et corpe vt p̄e creditˀ. licꝫ nō p̄di
cetˀ. a filio aſſumpta eſt in celū. Vn̄ ꝛ ipa dicit filio. Tenuiſti manū dexterā meā. et
in volūtate tua deduxiſti me. et cū glia ſuſcepiſti me. Quere expoſitōem lib. iiij. ti.
xxvij. de ſanctitate eiꝰ. Ideo dr̄ Canti. viij. Q. aſcēdebat de deſerto delicijs afflu
ens. innixa ſup dilectū ſuū. Quere expoſitōem li. xij. p̄ticula. iij. de aromatibꝫ orti
concluſi in fine.
Glorificati corpis cū ſuis dotibus ante diē iudicij ei collata felicitas. In cuiꝰ figu F
Miletꝰ ſardēſis epiſcopꝰ. ra dictū eſt de heſter. Tercia die circūdata ē heſter glia ſua ꝛc. Dicit eni miletꝰ ſar
dēſis ep̄us ſcribēs ad laodicēſes. audiſſe ſe btm̄ iohānē apl'm ſimpliciter p̄dicātē.
qꝛ ad p̄ces petri et ceteroꝝ apl'oꝝ die tercia trāſitꝰ ſui vt creditˀ. ſuſcitauerit filiꝰ dei
ſuam benedictiſſimā genitricē.
Supra naturā angelicā exaltata. in ea ſicut in filio nr̄a hūanitas. Vn̄ Ezech. x. Ele
uata eſt glia dn̄i deſup cherubin. Iudith in fine dicitˀ de ipa iudith in figura ma
rie. Erat iudith diebꝫ feſtis ꝓcedens cū glia magna. Dies feſti dies mēſis augu
ſti. in quo mēſe multa ꝛ magna feſta. Vel dies feſti dies eterne claritatis. De qbꝰ
dicitˀ puer. iij. Lōgitudo dierū in dextera eius. Et in pſalmo. Melior eſt dies vna
in atrijs tuis ꝛc. Dies vna claritas ꝯtinua. Sed dicitˀ dies pluraliter. qꝛ in p̄adi
ſo alia eſt claritas ſolis. i. chriſti. alia claritas lune. i. marie. alia claritas ſtellaꝝ. id ē
ceteroꝝ ſanctoꝝ. i. ad Coꝝ. xv.
Maria magnificētia dei. Itē ꝺ iſta eleuatōe dicit chriſto p̄s. Eleuata eſt magnificētia tua ſup celos. Maria G
dicitˀ magnificētia dei. qꝛ ꝛ magnificata eſt a deo ꝛ magnificauit deū. paſſiue ſcꝫ et
actiue. Paſſiue. quia deꝰ magnificauit eā filiū ſuū ei dādo. Unde ipa dixit Luc. i.
Fecit mihi magna q̄ potēs eſt. Tria ei magna fecit ei deus. Primū magnū. ipaꝫ ī
vtero ſanctificādo. Scḋm maius. ipam gr̄a adimplēdo. Terciū maximum. et ea
carnē aſſumēdo. Actiue. qꝛ ipm magnificauit ſe tantū ſub eo hūiliādo. ſicut qḋ in
ſe nō mouetˀ. alteriꝰ hūiliatōe exaltatˀ. Iō dixit ipa. Magnificat aīa mea dn̄m.
Supra totā celeſtē curiā collata ei plenaria poteſtas. Unde dicit. In hieruſalē H
ſcꝫ ſup celeſti. pt̄as mea. imperādi videlicꝫ ꝟtutibꝫ angelicˀ ꝛ aīabꝫ ſanctˀ ad bene
placitū meū. et introducēdi in illud regnū q̄ſcūꝗ voluero. Iſtud mlt'o meliꝰ inue
nies infra. titulo. xxx. de omnipotētia marie. Nec ſolum in regno celoꝝ data eſt ei
ſingularis omnipotētia. ſed in tribꝫ regnis. ſcꝫ celeſtiū terreſtriū ꝛ infernoꝝ. vt in
nomine eiꝰ omne genu flectatˀ celeſtiū terreſtriū ꝛ inferoꝝ. ad philip. ij. Propter h̄
ipi ſoli conuenit dicere poſt filiū illud matth. in fine. Data eſt mihi oīs poteſtas ī
celo ꝛ in terra. Propter h̄ in figura marie dictū eſt iudith. xv. Tu glia hieruſalem
ꝛc. Quere expoſitōem lib. i. ca. vi. bn̄dicta tu in mlieribꝫ. poſt mediū capituli.
Orationū ipiꝰ ipetratiua ꝟtuoſitas. Oſtēdit ei filio ventrē ꝛ vbera. nec poteſt eſſe I
repulſa. vbi ꝯcurrunt et ꝓrant omni lingua diſertiꝰ hec clementie monimēta. ſic
Bern̄. dicit btūs bern̄. Impetrat eni a filio his p̄ qbus orat gratiam ꝯpunctōis. qḋ ſi
gnatū fuit quādo impetrauit nuptiantibꝫ vinū. Ioh. ij. Impetrat eiſdē gratiā re
conciliatōis. ſignata p̄ mulierē thecuiten que recōciliauit patri ſuo dauid. abſalō
fratricidā. ij. Regū. xiiij. Impetrat eis ablutionē peccatoꝝ. ſignata p̄ abygail. que

ſe obtulit in ancillā ad lauādos pedes ſeruoꝝ dauid.i. Regū.xxv. Impetrat dele⸗tionē cyrogꝑhi diaboli.ſigta ꝑ heſter que lr̄as aman fecit irritari Heſter.viij. De q̄ cyrographo dicit᷑ ad Col᷑.ij. Delēs qđ aduerſum nos erat cyrographū decreti qđ erat contrariū nobis. Quod fecit maria filio mediante.

Miſericordie ei⁹ indeficiēs eternitas. Unde Oſee in fine. Erit q̄ſi oliua gl'ia ei⁹. Oliua ſignat miſericordiā.quia ſicut liquor fruct⁹ eius.i.oleū ſupnatat omni liq̄ri.ſic miſericordia om̄i virtuti. Et quia oliua ſemp viret ⁊ eſt imarceſcibilis.ſignat miſericordie ei⁹ īmarcidā eternitatē. Propter hoc dicit ipa Ecci.xxiiij. Uſq₃ ad futurū ſeculū nō deſinā.ſcȝ miſeris miſereri. K

Nunq̄₃ alicui q̄ntūlibet pctōri denegata eius benignitas.ſcȝ ſi toto corde cōuertat᷑ ad eam. Et hoc ptȝ in theophilo.q̄ ipam cū filio abnegauerat. Propter hoc de ipa canit ecclia. Uirgo ſingularis inter om̄es mitis.i.ſup omnes.

Quomodo miſereat᷑ ingratis etiā ⁊ indignis benigna ſtudioſitas. De q̄ poteſt intelligi illud ps. Annūciate inter gētes ſtudia eius.q̄ ſcȝ ſtudia ſtudioſe ſūt p̄dicāda. L

Ad exemplū ei⁹ a pſonis innumeris emulata virginitas. Uñ. Adducent᷑ regi virgines poſt eam ⁊c̄.q₂ adoleſcētulaꝝ iam nō eſt numer⁹. Canticoꝝ.vi.

Memorie eius apud chriſtianos indeficiēs eternitas. Uñ ecci.xxxix. Non recedet memoria eius.⁊ nomē ei⁹ req̄retur a generatōe in generatōem.

## De honorificentia marie Titulus vij. A

De honorificētia marie poteſt exponi illud qđ de ſapientia dicitur Ecci.xv. Qui ɔtinens eſt iuſticie.i.ſimul cū alijs virtutib₉ tenens iuſticiam.corde ore et ope. Qđ eſt dicere. Qui ornat⁹ eſt iuſticia ⁊ alijs ꝟtutib₉.q₂ ſoli tales digni ſunt ſeruire marie. Appꝛhendet illā.ſcȝ mariā quaſi duplici manu.itellectu ſcȝ et affectu.vl' amore ⁊ ſeruitio. Appꝛhendet. Uerbū appꝛhēdendi notat q̄ndam feſtinantiā ⁊ firmā detentōem. Appꝛhendet.ſicut rē diu deſideratā. Appꝛhendet. ſicut auis nobilis p̄dam ſuā. Illam.ſcȝ mariā vt ei ſeruiat.eam laudet.ad eius honorem operet᷑. Et obuiabit illi.ipa ſcȝ maria. Illi.ſe diligēti.ſibi ſeruiēti.ſe imitanti. Obuiabit.inq̄m ꝑ gaudiū ⁊ gl'iam cōſcientie.que ſequunt᷑ ex dilectōe ſeruitio et imitatōe marie. Illi.ſic remunerādo i p̄ſenti. Uel. obuiabit.in morte. illi. liberādo a dolorib₉ eternis.et diaboli p̄tāte.quia ſicut dicit᷑ ſap.x. Eos q̄ ſe amāt.a dolorib₉ ɔſuabit. Sed quō obuiabit? Sicut mater honorificata.a ſeruis ſuis vel a filijs.blāde ſuſcipit illos.⁊ nutrit.⁊ adoptat vt filios. Iđ dicit᷑. Mater. Sequit᷑. Et q̄ſi mulier a virginitate ſuſcipiet illū. Maria dicit᷑ mulier.quia dominū emolliuit.et dura corda emollit.⁊ ꝑpter fecunditatē bonoꝝ opeꝝ.q̄ non ceſſat impendere filij creaturis. Mulier dico a virginitate nō recedēs. Dicit᷑ etiaȝ virgo. quia p̄ſtat mentis cōſtantiā ⁊ mundiciā.et quaſi reuirginat corpa diſſoluta conferens gratiā caſtitatis.

### Maria honorificata B

- Quia ab eterno p̄deſtinata ⁊ electa. Uñ dicit᷑ puerb.viij. Ab eterno ordinata ſum.⁊ ex antiq̄s. Ideo de ipa canit᷑. Elegit eā deus et p̄elegit eam.
- Quia a patriarchis et regib₉ generata. Unde canit᷑. Natiuitas gl'oſe virginis marie ex ſemine abrahe.orta de tribu iuda.clara e ſtirpe dauid.
- Quia a ꝑditionis maſſa ſepata.⁊ in vtero ſanctificata. Unde canti.ij.dicit᷑ de ea. Sicut liliū inter ſpinas ⁊c̄. Ite ps. Sanctificauit tabernaculū ſuū altiſſim⁹
- Quia filia gratie orta. Unde Numeri.xxiiij. Orient᷑ ſtella ⁊c̄. Propter hoc fuit filia anne.que interp̄tatur gratia.
- Quia omni cariſmate cumulata. Unde dicta eſt gr̄a plena.
- Quia ad vouendā p̄ma virginitatē a ſpiritu ſancto inſpirata.
- Quia ab vno de ſūmis archāgelis officioſiſſime ſalutata. Unde. Aue gratia plena.
- Quia in matrē dei electa. Unđ dicit ei Iſa.lxij. Terra tua inhabitabit᷑.i.caro tua fecundabit᷑.quia cōplacuit domino in te.
- Quia ope ſp̄ūſſancti dei filio imp̄gnata. Unde Luce.i. Sp̄ūſſanctus ſupueniet in te ⁊c̄. Ideoq₃ quod naſcet᷑ ex te ſanctū vocabit᷑ filius dei.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quia ſalua virginitate mater effecta.
Quia virtute fidei omne bonū aſſecuta. Unde dictū eſt ei Luce.i. Beata q̄ credidi
Beatus matthe⁹ ſti. quoniā pficient ea que dicta ſunt tibi a dn̄o. Beatus mattheus in legenda ſua.
In conceptu filij dei. fides marie vxor extitit ſpiritusſancti.
Quia nullo portandi filiū pondere pgrauata. Beatus bern̄. Quia iugū dn̄i leue. ꝗ uidari potuit maria. non grauari. Ber.
Quia filiū pariēdo nullo dolore cruciata. Unde canit eccleſia. Neſciens mater ꝟgo
Maria honorifi/cata viꝛū. peperit ſine dolore ſaluatorē. Beatus bern̄. Quid mirū ſi dolorē nō intulit matri. qui tollere veniebat dolores totius mūdi. Ber.
Quia filio dei ⁊ ſuo in platam cōſtituta. Unde Luce.ij. Et erat ſubditus illis. ſcʒ marie ⁊ ioſeph ppter mariā.
Quia ad nutū ipi⁹ ⁊ inſinuationē aqua in nuptijs in vinū a filio ↄmutata. Joh.ij.
Quia filio ad patrē de hoc mūdo trāſeunte virgini diſcipulo cōmendata.
Quia loco ſūmi magiſtri ad docēdos apoſtolos ſubſtituta.
Quia in morte tpali mortis nexibus nō depreſſa. qui ſunt. putrefactio. vermes. ⁊ incineratio. Propter hoc compatur cedro que eſt imputribilis. et cuius ſuccus vermes cōſumit. et q̄ eſt incōbuſtibilis. quia p ignem fiunt cineres.
Quia ante generalē reſurrectōem glia corpis ⁊ ſtola duplici decorata.
Quia aſcendit in celū dilecto ſuo innixa. ſicut dicit Canti. viij.
Quia ſup vniuerſos ordines angelorū ad dexterā filij in throno glorie collocata.
Quia ſup omnem creaturā poteſtate plenaria ab omnipotēte filio in ſua coronatōe dotata et inſignita.

## De magnitudine vel altitudine ſiue celſitudine marie Titulus viij.

Ratione ſue magnitudinis. vel altitudinis. ſeu celſitudinis. vel ſublimitatis. aut eminentie ↄpatur maria cedro. que eſt arbor pcera ⁊ eminentiſſima ſuper omnes arbores. vnde et a q̄buſdam appellatur rex arborū. Que videlicet maria in h' q facta eſt mater dei. nec pmā ſimilē viſa eſt nec habere ſequentē. Unde Bern. bn̄s Bern̄. Hec eſt virginis noſtre glia ſingularis ⁊c. vt ſupra. Propter hoc dicit de ſe Eccleſiaſtici. xxiiij. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano. Quere libro. xij. particula. vi. titulo. iiij. de cedro. ¶ Aliter. Alta fuit maria. qꝛ inſtar ſaulis. i. Regū. x. ab humero et ſurſum ſanctis ſupeminēs vniuerſis. Ab humero i quo bona opatio. quia de ppria ſubſtantia omnia opa actiue exhibuit filio dei. A collo p quod vox trāſit. in quo intelligitur efficacia orōis. vel ſapientia in verbis. A capite in quo ſenſuū pfectio et ſapiētie maturitas ad ſimilitudinē capitis materialis in quo ſenſuū exteriorū pfectio inuenitur. ¶ Aliter. Per humerū cōcorditer facta bona opatō ſignatur. p ſurſum contēplatio. In his duobus nec primā ſimilē ⁊c. Uel altitudo marie humilitas eius. qꝛ qui ſe humiliat exaltabitur. Uel altitudo eius fuit a terra ſpirituali elōgatio. et celo approximatio. Terra ſpiritualis. terrena voluptas. terrena opulentia. terrena gloria. A prima ſe elōgauit p virginitatem. A ſecūda p paupratem. A tercia p humilitatē. Et p hec tria ſup omnes creaturas ppinquauit per meritū ad celeſtia et eterna. A / B

## De virginitate marie Titulus ix.

Quoniā de glorioſa caſtitate ſeu virginitate marie totus reſperſus eſt liber iſte. idcirco de hac virtute i hoc capitulo dicturi ſumus pauciora. Caſtitas autē ſic diffinitur. Caſtitas eſt ꝟtus motus oēs reſtrīgens illicitos. que tāto meretur ampli⁹ q̄nto validius carnalis fomitis reprimit incentiuū. Chriſoſtomus. Caſtitas carnal' eſt neſcire mlierē. caſtitas ſpiritualis fidelē eſſe deo. Et hec eſt pprie byſſus retorta. et byſſinū cādidū. Apocal'. xix. Itē vera caſtitas eſt cuiuſlibet voluptatis carnal' repudiū. Huius virtutis tres ſunt ſpecies. Integritas ꝟginalis. Pudicicia cōiugalis. Continētia vidualis. A — Chriſo.

Virginitas eſt porte genital' integritas. que nullū habet meritū niſi mens fuerit incorrupta. Et dicitur virginitas q̄ſi viror genitus. Meritoriā virginitatē deſcribēs hieronymus ait. Illa virginitas hoſtia chriſti eſt. cuius nec mentē cogitatio. nec B — Hiero.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

carnem libido cōmaculat. Talis vero fuit virginitas marie. Eſt aūt quaſi duplex virginitas. quaꝝ altera claudit. ꝛ altera aperit paradiſū. Quod videre eſt in eua et maria. Eua enī virgo ſed ſupba. deo volēs parificari in ſciētia. et cupida. quia cō ceſſis ſibi nō contēta. inobediēs pcepto dei. ꝛ incredula eiꝰ cōminatōni. diabolice acqeſcens tēptatōi. ꝛ male credula verbis ſerpētinis. vna de numero virginū fatua rū. imo omniū fatuiſſima. audiens. reſpiciens. olfaciens. cōcupiſcens. tāgens. ↄmedens et ppinans viro ſuo fructū ſibi interdictū. ꝛ poſtea excuſanſ ꝛ aliꝫ attribuens peccatū ſuū. clauſit nobis padiſuz. E cōuerſo maria virgo humillima in oīmbus ſe ſubdens deo. nunꝗ nutās a pposito. paupertatis amatrix. diuine obediēs p oīa voluntati. bene credula angelice pmiſſiōi. vna de numero prudentiū virginū imo omniū prudētiſſima. oēs ſenſus ſuos diſcrete cuſtodiens. nihil boni ſuis meritis tribuens. ſed diuīe bonitati totū attribuēs. nobis apuit padiſuz. Redde ſingl'a ſingulis p ↄtrapoſitōnem. Idcirco de duabꝫ iſtis virginibꝫ tpe paſcali canit eccleſia. Paradiſi porta p euam cunctꝭ clauſa eſt. et p mariā virginē iterꝫ patefacta eſt.

Virginitas ergo eue ſupba. virginitas marie humillima. Illa cupida. hec paupcula. Illa vacillās. hec ſtabilita. Illa depaupata. hec ditata. Vn̄ dicta eſt grā plēa. Illa hūiliata. Vn̄. Sub viri ptāte eris. ꝛ ille dn̄abit tui. Hec exaltata. Vn̄ dictū ē ei. Dn̄s tecū. Et cantic. ij. Dilectꝰ meus mihi. et cetera hmōi. Et ſic poteris mltipli citer negociari circa hmōi materiā. C

Item. Nota ꝙ eua dicta eſt ab a quod eſt ſine ꝛ eu qd̄ eſt bonum. quaſi ſine bono. qꝛ bonum ſibi datū a dn̄o. ſibi abſtulit ꝛ viro. imo et toti poſteritati ſue. qꝛ padiſi porta p euam cūctis clauſa eſt. Marie vero dictū eſt aue. Ab a quod eſt ſine. et ve. qſi ſine maledicto. quia nō ſolū ſine maledicto fuit quo ad ſe. ſed etiā nos a multiplici maledicto quantū in ſe fuit liberauit. D

Item. Virginitas eue mūdicia eſt ſine bono opere. ꝛ talis virginitas potius claudit ꝙ aperiat paradiſū. Et de tali virginitate nō reſtat niſi luctus et lamentū. aut hic aut in futuro. Vnde Iudicū. xi. Fleuit filia iepte duobꝫ menſibꝫ virginitatē ſuaz. Menſis a mene. quod eſt defectꝰ. qꝛ in duobus mēſibꝫ bis deficit luna. Primꝰ defectꝰ. nō facere bonū. Vnde fatuis virginibꝫ nō habētibꝫ oleū miſcordie in vaſis ſuis. In vaſe. ſ. cordis p pietatem et miſericordiā in affectu. In vaſe manuū p miſericordiam in ope et effectu. In vaſe oris vt tam verbo ꝙ exēplo aliꝫ ad ſimile inuitētur. Clauſa eſt ianua diuine miſicordie. Matth. xxv. De hmōi materia inuenies qntum volueris in tractatu noſtro. Beati mūdo corde. Secundꝰ defectus ē ꝙ bonū quādoqꝫ fit. ſed nō bono fine aut debita intentōe. De cuiuſmodi opariꝫs dicit Matth. vi. Amen dico vobis receperunt mercedē ſuā. Et p vtroqꝫ defectu lugendum eſt. E

Item tria incōmoda ſolēt ſequi virginitatē q̄ nō fuerūt in maria. Primū eſt ſupbia. que de facili ſequit virginitatē. quia virgines de facili in ſupbiam eleuant. et forte ppter hoc lampades fatuarū virginū extinguunt. Matth. xxv. quia vēro ſupbie plene erant. Augꝰ. Virginitas eſt pdicāda nō ſolū vt ametur. ſꝫ monēda ne inflet. Idem. Bonū virginitatis qntuz magis bonū video. tātū furere ſupbiā ptimeſco. Secūdū amoris tepiditas. quia cui minꝰ dimittit minus diligit. Luc. vij. Quia enim virgines īmunes ſunt a delicto carnis. nō accēdunt quādoqꝫ ad tantā vim dilectōis. Multū enī accendebat magdalenā ad amorē. qꝛ ſentiebat tāte culpe remiſſionē. Vnde. Dimiſſa ſunt ei peccata mlta. quoniā dilexit multū. Lu. vij. Terciū ē ſterilitas. Argumentū enī tale eſt. Virgo eſt. g̃ ſterilis eſt. Ideo dicit de maria Cañ. viij. Que eſt iſta. i. qnta laude et admiratōe digna. q̄ cum virgītate habuit hūilitatē. cū integritate feruidā caritatē. cū incorruptōe fecunditatē. F

Itē ppter excellentiā ſue virginitatis dꝛ Lu. i. Miſſus eſt angelus gabriel ad virginē. qſi p excellentiā. Btūs ber. Virginē carne. Virginē mēte. Virginē pfeſſiōe. G

Bern. Chriſo. Item de caſtitate marie dicit Chriſoſtomꝰ. O ineſtimabil' laus marie. magis credebat ioſeph caſtitati eiꝰ ꝙ vtero eius. et plus gratie ꝙ nature. Poſſibilꝰ enī credebat mlierē ſine viro poſſe cōcipe. ꝙ mariā poſſe peccare

Item maria dicit͛ virgo p̲ antonomaſiā. quod notauit lucas dicēs. [Miſſus eſt ga- D
briel ad ṽginē] anthonomaſice. quaſi dicat. ad virginē virginū. Maria enī dicit͛
virgo virginū ꝓpter tria.

Primo. q꞉ ſicut dicunt ſancti. prima inter ceteras virginitatē vouit. ⁊ ideo virgini-
tatis ſignifera eſt ⁊ exemplar.

Secūdo. quia pl⁹ ceteris virgo fuit. Cañ. ij. Sicut liliū inter ſpinas ⁊c̄.

Tercio. quia virgo manēs facta eſt mater. qđ nulla alia. Eſt igit͛ virgo p̄ ceterꝫ. pl⁹
ceteris. et ſine ceteris.

Maria ṽgo illibata

Itē. Maria virgo illibata. Unde de porta p̲ quā deſignat͛ dicit͛ Ezech. xliiij. [Uir I
nō trāſibit p̲ eam] .i. maritus ſuus ioſeph. Et in h̄ notat͛ carnis eius integritas
Sed̄ꝫ [Eritq꞉ clauſa pꝛīcipi] .i. diabolo. qui dicit͛ princeps mūdi. Joh. xiiij. Quia
nulli patuit tēptatōni diaboli. In hoc ergo ꝙ dicit͛. [Eritq꞉ clauſa p̄ncipi] pfecta
mentis ei⁹ mūdicia ꝯmendat͛. Et ab hac duplici integritate ꝓprie ⁊ ſingulariter
dicit͛ virgo illibata. Libro. x. titulo. xxxviij. de porta inuenies iſtud plenius.

## Uirginitas marie K

Uirginitaſ marie multipliciter p̄uilegiata

A patriarchis q̄buſdā opibus p̄figurata. Prefigurata enī fuit in feneſtra criſtallina
quā noe fecit in archa. ſm̄ ꝙ tradūt hebrei. que excludebat aquā inq̄ntū feneſtra.
⁊ illuminabat archā inq̄ntū criſtallina ſuſcepta aliūde luce. Archa maria. Feneſtra
criſtallina ei⁹ virginitas. q̄ excluſit ab ea aquā carnaliū voluptatū. ⁊ qua digna
fuit in ſe ſuſcipe chriſtū lucē verā. Unde elegāter dicit quidā. Si criſtall⁹ ſit hume
cta. atq꞉ ſoli ſit ſubiecta. ſcintillat igniculū. Nec criſtall⁹ nec ī partu ſoluitur pudo
ris ſignaculū.

A ꝓphetis p̄nunciata. Uñ Iſa. vij. Ecce ṽgo ꝯcipiet ⁊c̄. Quere expoſitōnem infra
titulo. xiij. de ꝯceptu virgineo poſt mediū. Ezech. xliiij. Porta hec clauſa erit ⁊c̄.
Quere expoſitōem li. x. ti. xxxviij. ꝙ maria porta.

Pro magno munere dei eccleſie repromiſſa. cui dictū eſt Iſa. lx. [Gloria libani] .i.
candoris virginei [ad te veniet] .o eccl'ia militans et triūphans.

In quibuſdā ſanctis mulieribꝫ teſtamenti veteris p̄ſignata. Figurata enī fuit ī vir L
ginitate rebecce. de qua legit͛ Gen̄. xxiiij. ꝙ erat puella decora nimis. virgoq꞉ pul-
cerrima. ⁊ incognita viro. Et marie dicit dauid ps̄. xliiij. [Cōcupiſcet rex decorē
tuum] .i. virginitatē tuam.

A deo patre benedicta. Unde in figura marie dixit axa patri ſuo caleph Joſue. xv.
⁊ Judicū. i. Da mihi benedictōem pater. quia terrā arentē dediſti mihi. Jūge ob-
ſecro ⁊ irriguā aquis ⁊c̄. Quere expoſitōem li. xij. partic'la. i. vij. ṽſu orti ꝯcluſi. vbi
ort⁹ dr̄ irrigu⁹. Propter h̄ etiā dictū ē marie. Aue maria gr̄a plēa domin⁹ tecum.
benedicta tu in mulieribꝫ.

A dei filio deſiderata. q̄ dixerat Michee. vij. Precoq꞉s fic⁹ deſiderauit aīa mea ⁊c̄.
Precoque fic⁹. p̄mitiua virgitas. Fic⁹ ei ꝓfert fruct⁹ dulciſſimos ⁊ ſapidiſſimos.
⁊ folia ei⁹ cādidū lac emittūt. In cādore lactꝫ cādor ṽgitatꝫ. Fruct⁹ etiā fic⁹ ñ ē
diuiſibilis. ſic̄ ſunt glādes nuces ⁊ caſtanee. Et ī h̄ indiuiſibilitas ṽgitatꝫ ei⁹. de q̄
dr̄ ei Cañ. vij. Jūcture feminū tuoꝝ ſic̄ monilia. In h̄ ꝙ fic⁹ dr̄ a fecūditate. gr̄a
maternitatꝫ. In eo ꝙ fruct⁹ iſte matur⁹ nigreſcit. ſignū hūilitatꝫ. In dulcore ⁊ ſa
piditate fruct⁹. qđ dn̄o dulce ⁊ ſapidū fuit in maria votū virginitatꝫ. Cetera que-
re libro. xij. partic'la. vi. de arboribꝫ. ti. xxiij. vbi maria dicitur ficus.

Bern̄.

A ſpirituſctō cordi virgineo inſpirata. Ipa enī prima abſq꞉ omni hūano p̄cepto cō
ſilio ⁊ exemplo diuinit⁹ inſpirata votū emiſit virginitatꝫ. ſicut dicit btūs bern̄.

Ad h̄ vt dei fili⁹ ī ea paſceret͛ a tota trinitate p̄para Uñ cañ. ij. dic̄ maria đ filio. Di M
lect⁹ me⁹ mihi ⁊ ego illi. q̄ paſcit͛ inter lilia. Nouerat ſiq̄dē ṽgo diuīt⁹ inſpirata fi
liū dei deſiderare lilia ṽgitatꝫ. ī q̄bꝫ paſceret͛. ⁊ vouit virginitatē. quaſi diceret. li-
lia deſiderabat. lilia ei exhibeo. i. duplicē virgitatē. carnis ac ſpūs. Qđ notat͛ p̲ h̄
ꝙ dicit lilia in plurali. non vnicū tantū liliū.

A deo trinitate in virgine cōfirmata. Uñ ipa dicit [In ſyon firmata ſū] Syon iter
p̄tat͛ ſpeculū. q꞉ ṽgitas ſic̄ vitrū. Sic̄ enī vitrū abſq꞉ ſui diſſipatōe ſolarē radium

ſuſcipit ⁊ emittit. ſic marie ꝟginitas illibata filiũ dei ↄcepit ⁊ pepit. Et hãc cõfir-
mationẽ innuebat maria reſpõdens angelo. Quõ fiet iſtud. q̃m viꝝ nõ cognoſco?
Uniuerſaꝝ ꝟtutũ margarit ꝫ adornata. Ipa enĩ erat vas auri ſolidũ ornatũ om̃i la-
pide p̃cioſo. Eccĩ. l. ſcꝫ iaſpide fidei. iacinto ſpei. carbũculo caritat ꝫ. ſapphyro ↄtem-
platõis. ſardonico martyrij. topazio vniuerſe ꝟtutis ⁊ om̃imode pulcritudis. Et
ſic de ceteris lapidibꝫ q̃bus ꝟtutes cetere deſignanꝉ.
Bern. Uirtute hũilitatis p̄ ceteris virtutibꝫ a dño adamata. Uñ ber. Ut placeret deo vir- R
ginitas marie. hũilitas ꝑculdubio fec̃. Idẽ. Audeo dicere. ſine hũilitate nec marie
virginitas dño placuiſſet. Ratõe iſtaꝝ duaꝝ virtutũ. virginitat ꝫ. ſ. ⁊ hũilitat ꝫ. ſigꝉ
maria ꝑ candelabꝝ Exo. xxv. et. xxxvij. in quo erãt lilia q̃ ſignabãt ꝟginitatem. et
ſperule figurãtes hũilitatẽ. Iſte enĩ due virtutes ſunt due ancille cũ q̃bꝫ heſter. id
eſt maria vl̃ fidelis aĩa ingrediꝉ ꝑ meritũ ad verũ aſſuerũ q̃ eſt chriſtꝰ. Heſter. xv.
Maria enĩ ꝟe dici p̃t candelabrũ aureũ. qꝛ aurũ in igne purgaꝉ. in fornace ꝓbaꝉ.
malleis extẽdiꝉ. ⁊ ĩ formã candelabri ꝑduciꝉ. ⁊ ſic inſtrumẽtũ ignis ⁊ lumis efficiꝉ.
Sic btã virgo ꝑ ignem ſpũſſancti purgabaꝉ in ſctificatõe. ꝓbabaꝉ in filij paſſiõe.
Unde dicit patri vl̃ filio. Igne me examĩaſti ⁊c. Sed nihil de ſcoria inuentũ ẽ
in ea. qꝛ nec paſſionẽ filij impediuit. nec crucifixoribꝫ maledixit. ſed exẽplo filij vt
ꝟe crediꝉ ꝓ eis interceſſit. Itẽ. Quaſi q̃buſdã malleis extẽdebaꝉ. m̃tiplici tribu-
latõe. ⁊ in cãdelabꝝ ſic figurabaꝉ. Nã ardebat igne caritat ꝫ. ⁊ lucebat opibꝫ eximie
caritatis. Uñ ꝓab. in fine. Nõ extingueꝉ in nocte lucerna eiꝰ. i. qꝛ aq̃ m̃re. i. tribula-
tionũ. nõ potuerũt extiguere caritatẽ. illiꝰ. Cañ. viij. Sñ etiã ꝟgitas eiꝰ cãdelabꝝ.
qꝛ adhuc in lumine eiꝰ ambulat ĩnumeroſitas viroꝝ ac m̃ierũ imitãdo veſtigia re-
gine ꝟginũ. Cui dicit yſaias. lx. Et ambulabũt gẽtes in lumĩe tuo ⁊c.
Bern. Ab ipa virgine ꝑmitus excogitata. Btũs ber. O ꝟgo prudens. o ꝟgo deuota. q̃s O
te docuit deo placere ꝟginitatẽ? Que lex. q̃ inſtitutio. q̃ pagina veter ꝫ teſtamẽti. vl̃
Virgitas marie ꝑcipit. vl̃ cõſulit. vl̃ hortaꝉ in carne nõ carnaliter viuere. ⁊ in terris angelicã duce-
re vitam? Quere hec ⁊ alia m̃ta tercia omelia btĩ berñ. ſuꝑ miſſus ẽ gabriel. circa
mediũ capituli.
Aquis ſpũſſancti ad fecũditatẽ irrigata. Geñ. ij. Nõ enĩ pluerat dñs deus ſuꝑ ter-
rã. et hõ nõ erat q̃ opareꝉ terrã. ſed fons aſcẽdebat de terra. irrigãs vniuerſam ſuꝑ-
ficiẽ terre. Quere expoſitõem titulo. xiij. de ↄceptu ꝟgineo in fine capituli.
Sola diuina gr̃a nõ hũano ope fecũdata. Unde cañ. iiij. dicit filiꝰ ſpũſctõ. Ueni
auſter ꝑfla ortũ meũ. ⁊ fluent aromata illiꝰ. i. ſpirabũt ꝟtutes virginis. ſcꝫ humili-
tas. virginitas. ⁊ cetere vniuerſe. Propter h̃ diciꝉ marie Cañ. vij. Uẽter tuꝰ ſicut
aceruus tritici. i. q̃ ad fecũditatẽ. vallatꝰ lilijs. i. q̃ ad ꝟginitatẽ. Lilijs pluraliter. qꝛ
fuit virgo ante partũ. ⁊ ĩ partu. ⁊ poſt partũ. Uel lilijs pluraliter. qꝛ illibatã virgi-
nitatẽ cuſtodiuit in ſuis ſenſibꝫ vniuerſis.
Bern. Partu diuino ↄſecrata. Btũs berñ. Quãta putaſ veneratõe digna eſt. in q̃ hũilitatẽ P
exaltat fecunditas. partus ↄſecrat virginitatẽ.
Ex ſe ſola ſuꝑ naturã ad fructũ habilitata. Unde dictũ eſt ei. Ecce ↄcipies ĩ vtero.
i. ex vtero. Itẽ illud. Qđ naſceꝉ ex te ſanctũ vocabiꝉ filiꝰ dei. Ex te. i. ex tua car-
ne. ex te. ſola et nõ ex te ⁊ viro. Propter h̃ dicit filius đ patre Iſa. xlix. Formans
me ex vtero ſeruũ ſibi. vt reducã iacob ad eũ. Quere expoſitõeꝫ libro. i. caplõ. vij. ti-
tulo. benedictꝰ fructus ventr ꝫ tui. poſt ꝑncipiũ capituli.
Fructu glorioſiſſimo honorata. Uñ Geñ. ij. Produxit dñs deꝰ de humo. i. ſ. car-
nis virginee. omne lignũ pulcrũ viſu. ⁊ ad veſcendũ ſuaue. lignũ etiã vite ĩ medio
ꝑadiſi. i. ventris virginei. Quere expoſitõem libro. xij. ꝑticula. vi. de arboribꝫ orti
concluſi. ti. xviij.
Bern. Ex dei maternitate ſũme nobilitata qui dignatꝰ ẽ fieri filiꝰ ꝟgitat ꝫ. Uñ btũs ber.
Hec ẽ virgĩs nr̃e gl̃ia ſingular ꝫ. et excellẽs ꝑrogatiua marie. ꝙ filium vnũ eũdẽq̃
cũ deo patre meruit hr̃e ↄmunẽ. Propter hoc etiã dicit ipa ſe q̃ſi cedrũ q̃ eſt rex ar-
borũ exaltatã in libano. i. in ꝟginitat ꝫ cãdore. Propter h̃ enĩ facta ẽ regina ꝑadiſi.
q̃ prius facta fuerat mater dei. qđ ĩpoſſibile erat niſi fuiſſet virgo.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad h̄ vt de ea chriſtꝰ carnē aſſumeret.·neceſſario preparata. Oportebat enim vt re/ Q
demptor noſter iuſtꝰ eſſet cū deo. mortal' cū hominibꝫ .ꝓpter h̄ decebat ipm̄ matrē
habere virginē. vt in matre mortali ꝯcipet' mortal'. ꝛ in ꝟgine ꝯcipet' iuſtꝰ. Neceſ/
ſe etiā erat vt q̄cūq̧ ꝑ matrꝫ corruptōem ꝯcipet'. ex originali pctō ꝯcipet'. Nullus
aūt pctōr ſaluare poterat aliū pctōrē. cū in eadē damnatōe eſſꝫ cū reo. Vn̄ dicebat
hūanū genus Ecci. li. Reſpiciēs erā ad adiutoriū hoim̄. et nō erat. Decebat etiam
deū vt nō naſceret' niſi de ꝟgine. decebat ꝟginē vt nō pareret niſi deū. Ad h̄ ḡ totū
neceſſario ꝓpabat' ꝟgitas marie. q2 nulli alij virgini q̄ȝ marie h̄ ꝓuilegiū debebat'.
¶ Plaſmationē ꝑmi hoīs q̄ſi exēplariter imitata. videlicꝫ vt ſicut ꝑmus adā de terra
virgine plaſmatꝰ fuerat. ſic ſcd̄us adā de matre ꝟgine ſcḿ hominē formaret'. Vnd̄
Gen̄. ij. Formauit dn̄s deꝰ hominē de limo terre. ad Gal'. iiij. Miſit deꝰ filiū ſuuꝫ
factū ex mł'iere ꝛc̄.
¶ Trāſgreſſio ꝑme mł'ieris. ſ. eue virginis ꝑ eam ſufficiēter expiata. Btūs ber̄. Vehe
mēter nobis vir vnus ꝛ vna mł'ier nocuerūt ꝛc̄. Quere li. ij. particl'a. i. cā. xxxiiij.
¶ Ruina angelica ꝑ eam repata. Vn̄ maria de ſe dicit. Girū celi circuiui ſola. Ecc̄i.
xxiiij. Girū vł' girus eſt ꝑfecta rotūditas. ꝛ in h̄ notat' ruine angelice plena et per/
fecta reſtauratio

De puritate marie. Titulus x.

Bern̄. DE puritate marie dicit btūs bern̄. Gratia dei puriſſimū balſamū eſt. ꝛ ſoli/ A
diſſimū vas req̄rit. Huiꝰ vaſis. i. marie q̄ eſt receptaculū omniū grar̄ū.·puri
Grego. tas eiꝰ ꝟginitas. ſoliditas eiꝰ hūilitas. adimpletio eiꝰ fecūditas. Gregoriꝰ.
Hiero. Rubꝰ ardens q̄ nō ꝯburebat'. puritas virginea q̄ ꝓle fecūdabat'. Hiero. Tāta fuit
marie puritas. ꝙ portare meruit regē angeloꝝ. et domꝰ eſſe meruit oīm purgatorꝫ
Anſelmꝰ Btūs anſelmꝰ dicit ꝙ tāta puritate nitebat maria.·q̄nta ſub deo maior neq̄t itelligi
Fulbtꝰ Alioq̄n nō intraſſet in eā illa ſapiētia. ſicut dicit fulbertꝰ. q̄ nō intrat in aīam mali
uolā. nec habitat in corpe ſubdito peccatꝫ. Sap. i. Propter puriſſimā enī puritatē B
eiꝰ ꝯpat' ipa ſoli. cuiꝰ radiū nec aq̄ emollit. nec fetor corrūpit. nec ignis ꝯburit. nec
gladiꝰ ſcindit. nec vitrū obſiſtit. Ratōe etiā claritatꝫ. q2 ſol clarior luminaribꝰ vni/
Tulliꝰ uerſis. Vnde ſol a tullio dr̄ q̄ſi ſolus lucēs. i. ꝑ ceteris luminaribꝫ celi. Solis ḡ cla
ritas marie puritas. Tanto enī res ē clarior.·q̄nto purior. tāto purior.·q̄nto purga
tior ꝛ a ſordibꝫ mūdior. Mūdant corpꝰ ꝯtinētia ꝛ abſtinētia. q̄ duo ꝑus ſunt ne/
ceſſaria. quia veluti ſol vitrū nō penetrat niſi ꝑus decoctuꝫ. ſic nec claritas dei cor
hoīs niſi ꝑus ipius corpe penetrato. Exemplū de q̄dā ſanctiſſimo angloꝝ pōtifi
ce. cuiꝰ corpus tāte claritatꝫ erat ꝑ ꝟtutē continētie ꝛ abſtinētie. ꝙ ipo ſtante ante
altare extēſis manibꝫ.·ſolaris radiꝰ intrās ꝑ vitreā. trāſlucebat ꝑ manꝰ illiꝰ ac ſi vi
tree eſſent. Animā ꝟo ꝑncipaliter mūdant pura ꝯfeſſio. intēta lectio. deuota medi
tatio. feruēs oratio. diuia ꝯtēplatio. Vel ſolis radiꝰ ſignat in ꝟgine puriſſimū vi
ſiōis radiū. qui mentē eiꝰ i ſuis cōtemplatōibꝫ ineffabiliter illuſtrabat. Scd̄m hoc
ſol dicit' oculꝰ celi. Celū eccl'ia.·ſanctis vt celū ſtellis illuſtrata. Huiꝰ celi oculꝰ eſt
maria rōe puritatis ſue. q2 ſicut oculꝰ totū corpus.·ſic maria totā illuſtrat eccleſiā
que ē corpꝰ filij ſui. ſanctorū radijs exēploꝝ. Vn̄ canit' de ea. Cuiꝰ vita inclita cū/
ctas illuſtrat eccleſias.

De verecūdia marie Titulus xi.

DE ꝟecūdia marie q̄ caſtitatis eiꝰ cuſtos extitit ꝛ ꝑanymphꝰ. dicit' Luce. i. A
Que cū audiſſet turbata eſt in ſermōe eiꝰ ꝛc̄. Nota ꝙ dicit' turbata.·non
ꝑturbata. Turbata. i. tāte rei nouitate ſuſpēſa. ꝛ ingenti admiratōe ꝑmo/
ta. Audiēs enī nouā formā ſalutatōis.·ignorabat q̄d ſignificare vellet angelꝰ. Et
Mandu ideo cogitabat q̄lis eſſet iſta ſalutatio. Māducator dicit ꝙ nouitate ſalutatōnis
cator turbata cogitabat q̄lis eſſet iſta ſalutatio. ꝓpēdens in hoc ꝟbo aue huius nominis
eua conuerſionem. ꝛ ipius mutatōnis perſcrutans ſacramentum. videlicꝫ ꝙ ſicut
eua fuit cauſa maledictōnis. ſic ipa foret cauſa benedictionis. Quia enim vir/
go erat.·ad inopinatum euentum vt verecunda pauere debuit. ſed quia virgo pru
dentiſſima.·ſubito pauore ſuperari non potuit. ſed conſilio regente circumſpecta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cogitabat qualis.i.q̃ȝ noua.q̃ȝ ĩaudita.q̃ȝ puerilis.q̃ȝ admirabil'.q̃ȝ dulcis.ꝛ q̃ȝ ſua
uis eſſet iſta ſalutatio. Tũc enĩ impletũ eſt illȯ pſ. Terra mota ẽ .i.maria turba
ta ẽ.ꝛ celi diſtillauert a facie dei ſynai. Et ĩpleta ẽ illa orõ eccl'ie Iſa.xlv. Rorate ce
li deſup.ꝛ nubes pluãt iuſtũ ꝛc. Tũc enĩ pluuiã volũtariã ſegregauit deꝰ pater he
reditati ſue.qꝛ tũc volũtarie deſcẽdit filius ſicut pluuia in vellus.

Itẽ turbata eſt.ꝑ inſolita ꝛ vſq̃ȝ tũc inaudita ſalutatõe. Audierat eĩ angeloſ locutos B
m'lierib9 ꝛ viris.audierat bñdictões leg' Deutero.xxviij.ſȝ talẽ ſalutatõem.talem
bñdictõem nuſq̃ȝ legerat vl'audierat. Ideo turbata ẽ.ſed nõ eſt locuta.vtpote filia
ꝛ imitatrix dauid dicẽtꝭ. Turbatꝰ ſum ꝛ nõ ſum locutꝰ. Et ꝙ turbat'.v̾ginei ẽ pu
doris. Et poſſunt aſſignari cauſe m'tiplices turbatõis ſue.

Prima. Quia cũ eſſet virgo v̾ecũda expauit aduẽtũ angeli ĩ viri ſpecie apparẽtis.
videns ſe incluſam ĩ thalamo ſolã cũ ſolo.ꝛ hoc ſonat. Ingreſſus angelꝰ ad eam.
Beda Beda. Trepidare v̾ginũ ẽ.ꝛ ad oẽs viri ingreſſus pauere.omes viri affatꝰ vereri.
Que aũt expauit angeli viſum vl' auditũ.haud dubiũ q̃n tactũ hoĩs nimiũ formi
daret. Itẽ. Ad aſpectũ angeli turbata eſt.que viſiõib9 hoĩm ſeu viſitatõib9 incon-
ſueta erat. Itẽ. Quia p̄ſentiã angelicã fragilitas hũana nõ ſuſtinet. Vñ zacharias
turbatus eſt videns. Luce.i.

Secũda. Quia audiuit ſe laudari.qȯ magne fuit v̾tutis. Qui enim v̾e hũilis ẽ.de
ſuis laudib9 erubeſcit. Et cũ omnes fere ſoleãt inde letari. ipa turbata ẽ. nõ exhila
rata vl' elata.exẽplo filij.quem cũ q̃rerent videre gẽtiles Ioh.xij. reſpõdit. Venit
hora vt clarificet' filiꝰ hoĩs. Et paulo poſt. Nunc aĩa mea turbata ẽ valde. Bonũ
enĩ fuiſſet ezechie.ſi turbatꝰ fuiſſet.nõ exhilaratꝰ ad aduentũ nũciorũ reg' babilo
nis. Iſa.xxxix.

Tercia. Quia cũ plena eſſet ſpũ ꝓphetico.ꝛ ſciret plenitudinẽ nõ eſſe manẽte lege.
qꝛ lex neminẽ duxit ad p̄fectũ.ad heb.vij.mirabat' quȯ grã plena ab ãgelo diceret'.

Quarta. Quia bñdicta dicebat' inter m'lieres.q̃ inter v̾gines bñdici ſemp optabat.
ideo cogitabat q̃lis eſſet illa ſalutatio.q̃ ab initio videbat' eſſe ſuſpecta. At vbi in
Cauſa ꝓmiſſiõe filij manifeſtũ patuit virginitatis p̄iculũ.nõ potuit diſſimulare q̃n diceret.
Quomodo fiet iſtud ꝛc.

Quinta. Quia mirabat' quȯ benedicta diceret' inter m'lieres. cum ſciret oẽs m'lieres C
maledictas eſſe in matre ſua eua.ꝛ ideo cogitabat q̃lis eſſet iſta ſalutatio.q̃ ꝛ muli
erem dicebat ꝛ benedictã.

Sexta. Quia ſalutata ab angelo ſilentiũ ſuũ qȯ valde amabat reſpõdẽdo infringe
re vel orões ſuas interrũpe cogebat'. Qȯ ptȝ ex eo ꝙ bis ipam iam fuerat allocutꝰ
anteq̃ȝ reſpõderet. Vñ dicit' eccĩ.xli. Erubeſce a ſalutãtib9 de ſilẽtio. Itẽ eccĩ. vij.
Non iteres verbũ tuũ in oratõe.

Septima. Quia timebat theſauro ſuo.i.virginitati. Solẽt enĩ v̾gines timorate eti
am in tuto p̄timeſcere.recolẽtes illȯ apl'i ij. Chor.iiij. Habemꝰ theſaurũ iſtũ ĩ va
ſis fictilib9.q̃ ſcȝ frangunt' de facili.nec poſſunt repari. Vas fictile.ſ.lãpas corpus
humanũ. Theſaurꝰ caſtitas vl' virgitas.de qua puer.iij. Precioſior eſt cũctꝭ opi-
bus.et oĩa q̃ deſiderant' nõ valent ei ꝯpari. Eccĩ.xxvi. Ois põderatio cuiuſlibȝ
rei t̄palis.i.omnes res t̄pales q̃nticũq̃ȝ ſint põderis ꝛ valoris nõ eſt digna ꝯtinẽtꝭ
aĩe.i.ad cõparatõem aĩe ꝯtinẽtis. Nõ dicit corpis ꝯtinẽtis.ſȝ aĩe.qꝛ ꝯtinẽtia car-
nis ſine ꝯtinentia ꝯſenſus ꝛ volũtatis nihil eſt ante deũ.

Octaua.ꝑ dictoꝝ incertitudinẽ. Gloſa.qꝛ neſciebat ſi p̄teritũ aut futurũ eſſet ꝙ an-
gelus dixit.dominus tecũ.

Et nota ꝙ hec turbatio nõ fuit ire vl' doloris.ſȝ pudoris pauoris ꝛ admiratõis. Et D
erat pudor duplex.qꝛ ſola q̃ſi cũ viro videbat'.ꝛ qꝛ tãto p̄conio ꝯmẽdabat'. Et ti-
mor duplex.ex p̄ñtia angelica quã horret fragil' nat'a.ꝛ ex cauſe ig̃rãtia. Admiratõ
Ambro. v̾o erat.ꝑ magnitudĩe eoꝝ q̃ ei nũciabat'. Vñ amb. Ex v̾ecũdia pauet.ex prudẽtia
nouã ſalutatõis formã mirat'. Et ex h̄ ĩ ea notat' h̄ triplex v̾tꝰ. Verecũdia v̾gial'.ĩ
eo ꝙ turbat'. Fortitudo mẽt'.ĩ h̄ ꝙ ñ ꝯturbat' q̃n ꝯliberet. Prudẽtia.ĩ ipa ꝯlibatõ
Bern. ne. Vñ bern. Q̄ turbat' v̾ecũdie ẽ v̾gial'.ꝙ ñ ꝯturbat' fortitudĩs.ꝙ cogitat prudẽtie

Et notandũ ꝙ verecũdia ꝓprie nõ eſt virtꝰ. ſed eſt ſtatꝰ et ꝑfectio ꝟtutũ. ⁊ maxime E
in mulieribꝫ ꝯmendaṫ. Uñ eccl.vij.poſtq̃ʒ dixit. [noli diſcedere a m͛liere ſenſata]
ſubdit q̃ſi expones q̃d ſit m͛lier ſenſata[Gratia eñ ꝟecundie eius].i.gɼtioſa ꝟecũ-
dia eius.ſup aurũ.i.melioꝛ omni auro. Itẽ. Uerecũdia ꝓpe donũ gɼtie eſt. Uñ eccl
xxvj. Ante ꝟecũdiã ꝓibit gratia ⁊c. Itẽ eccl.xxvi. Gɼa ſup gɼam mulier ſancta et
pudorata.i.ꝟecũda. Quere ſupra li.i.ca.iiij.titulo gɼa plena circa ꝓncipiũ ſcd̃e pa
gine. Itẽ maximũ ꝟecũdie ſignũ fuit ꝙ cũ quadã die vellet loq̃ cũ filio. domũ i q̃
loq̃baṫ intrare. vl̓ ſmonẽ eiꝰ interrũpe nõ ꝓſumpſit. ſed foris ſtãs reuerẽter expe-
ctauit. Marci.iij.in fine.

Ambro. Itẽ Ambro.ad ꝟgines loq̃ns de btã virgine. Cũ ea ſp ſingularꝫ virtutũ pudicicia F
comes irremota mãſit.qꝛ omnino pudoꝛ indiuiduꝰ virgitati eſſe debet. ſine q̃ re-
cte caſtitas ꝟa ſeruari nõ põt. Idẽ. Pudoꝛ indiuiduꝰ dꝫ eſſe ꝟginitati .ſine q̃ nõ
poteſt eſſe ꝟginitas. Itẽ. Comes ꝟgitatis et q̃ſi collactanea eiꝰ ẽ hũilitas. cuius
ſignũ eſt ꝟecũdia ꝟginal̓.equa ꝯiũctõe ⁊ nomie ꝟecũdie. Uirgitas eñ ſepe pudoꝛ
diciṫ. Idcirco eñ dꝛ aĩe ꝟecũdiã nõ habẽti Hiere.iij. Frons m͛lieꝛ meretricꝫ fa-
cta eſt tibi.noluiſti erubeſcere. Difficile eñ ſeruaṫ caſtitas. vbi ꝟecũdia nõ habeṫ.
Idẽ. Nunq̃ʒ igiṫ btã maria ſine pudoris ſui cuſtode ꝓceſſit. Propterea q̃cũq̃ʒ vir
go ſibi ab ea optat ꝓmiũ ⁊ imploꝛat auxiliũ. debꝫ imitari exemplum. Idcirco hãc
imitamĩ moribꝫ.ſeq̃mĩ caritate.⁊ ita ſecure poteritis eiꝰ auxiliũ ĩploꝛare. Ad h̓ eñ
chriſtus matrẽ virginẽ elegit.vt ipa oĩbꝫ eſſet exẽplũ caſtitatis .q̃ q̃ſi in ſpeculo re-
fulget foꝛma virtutis.

De virginali fecunditate marie. Titulus xij.

DE virginali fecũditate ⁊ fecũda ꝟginitate marie diciṫ ei Cañ. vij. [Uenter A
tuus ſicͭ aceruus tritici.vallatꝰ lilijs.] In h̓ autẽ ꝟſu oſtendiṫ ꝙ oĩmoda ca
ſtitas fuit in btã ꝟgine. virginal̓.ꝯiugalis.vidualis. vt haberet in ſe omnẽ
gradũ.et obtineret omnẽ fructũ.ſ.centeſimũ.ſexageſimũ.⁊ triceſimũ.⁊ vt eã vene-
rarenṫ.virgines.vidue.⁊ ꝯiugate. Diciṫ g̃[Uenter tuꝰ]carnal̓.ſ.eſt [ſicut aceruꝰ]
in q̃ notaṫ omnimoda caſtitas [tritici] in q̃ fecunditas [vallatꝰ lilijs] in q̃ triplex
caſtitas ſupꝛadicta. Per h̓ aũt ꝙ diciṫ.[aceruus tritici] innuiṫ ꝙ plenus filio dei.
q̃ ſe appellat granũ frumẽti. Joh.xij. Granũ eñ illud tritici potẽtialiter erat [acer
uus tritici] de q̃ ſcꝫ g̃no tãta ſpũalis ſeges fructificãte deo m͛tiplicata eſt. ex q̃ ceci
dit g̃nũ iſtud in terra.h̓ eſt in valle geſſemani. Niſi eñ g̃nũ iſtud in vteꝝ virginalẽ
velut in terrã fertilẽ ⁊ bene excultã exercitio ſpũſſancti ꝑus cecidiſſꝫ ꝑ incarnatõ-
nem.⁊ poſt h̓ in cruce moꝛtuũ fuiſſet.ipm ſolũ mãſiſſꝫ.ſꝫ ꝑ iſta duo g̃nũ vnicũ fa-
ctus eſt aceruus magnꝰ. Cõgrue eñ vterus ꝟginis figuraṫ ꝑ geſſemani. qd̓ iter-
ꝑtatur vallis pinguis.vl̓ vallis pinguedinũ. Uallis.ꝓpter hũilitatẽ. pinguedinũ.
ꝓpter cariſmatũ fecundatõnẽ.q̃bꝫ impinguata ꝓtulit g̃nũ ſuũ. De ꝓmo caſu Iſa.
ix.[Uerbũ].i.filiũ[miſit dñs].i.pater[in iacob].i.in populũ iudeoꝝ. Uñ filius
dicit Mat.xv. Miſſus ſum ad oues q̃ ꝑierũt domꝰ iſrael. [Et cecidit in iſrael.]
.i.in btãm virginẽ.q̃ cũ filio ꝓncipaṫ in celo ⁊ in terra.qꝛ iſrael interꝓtaṫ ꝓnceps
cũ deo. De ſcd̓o caſu dicit ꝑs.[Sol].i.chriſtus[cognouit].i.appꝛobauit occaſũ
ſuum].i.moꝛtẽ ſuã. Seq̃tur.[Uallatꝰ filijs] in q̃ ſignaṫ ꝙ virginitas marie oĩm
virtutũ ſuarũ vallũ erat.et q̃ſi antemurale.

Spiritual̓ quoq̃ʒ vterꝰ.i.mens vl̓ memoꝛia virginis ſpũali tritico qd̓ eſt ꝟbuꝫ dei B
replebaṫ.cũ filio dei q̃ eſt verbũ patris.in q̃ ſunt oẽs theſauri ſapĩe et ſcĩe abſcon-
diti. Col̓.ij. g̃uidabaṫ. Uel etiã q̃ñ iam nato filio oĩa ꝟba q̃ de ipo dicebanṫ ꝯfua-
bat ꝯferẽs in coꝛde ſuo. Et tũc ſancti euãgelij coaceruauit triticũ.qd̓ apl̓is poſtea
exhibuit ruminãdũ. Hanc autoꝛitatẽ moꝛaliter expoſitã inuenies infra.lib. v. de
pulcritudine mẽbꝛoꝝ marie.ti.xx.vbi agitur de ventre.

Itẽ rõne fecũde ꝟginitatis ⁊ ꝟgince fecũditatis diciṫ Lu.x. ꝙ maria iſta optimam C
partẽ elegit q̃ nõ auferet ab ea. Hoc habuiſti ſuꝑ expoſitũ lib.i.ca.vi.titulo.benedi
cta tu in m͛lieribꝫ.circa mediũ capituli. Uel aliter q̃ʒ ibi habeaṫ Elegit maria bo-
nã partẽ. vouẽdo ꝓma ꝟginitatẽ. Melioꝛẽ. ꝟbis angelicꝫ adhibendo fidem. q̃ndo

mediāte fide ↄcepit ſaluatorē. Optimā/ qm̄ ſublimata eſt ī aſſumptōe ſup oēs ordi
nes ſpirituum ſupnoꝝ. Et ita ſicut ipa optima/ optimā ptē elegit q̄ nō auferet ab
ea. ¶ Moraliter. Bonā ptē elegit q̄ amare ↄterit ꝛ recipit veniā. Meliorē/ q̄ vere
ↄfitet ꝛ recipit grām. Optimā/ qui in bono pſeuerat/ ꝛ ī morte recipit gliaꝫ. Et ita
magdalena de q̄ litteraliter dictū eſt h̄/ elegit bonā partē. meliorē. optimā. ꝛ illa ppe
eſt q̄ nō pt auferri. Si eni accepiſti veniā p ↄtritōeꝫ. vl' grām p ↄfeſſiōem. hec du
plex pt tibi auferri ſi patiaris recidiuū. Sed optima. i. chriſtꝰ vl' glia eterna neq̄q̄.
Nec poteſt habere hāc ptē optimā niſi maria. i. aīa amara p peccatis.

## De conceptu virgineo Titulus xiij.

Gloriosum ↄceptū virginis abſq; leſiōe virginitatis ſue deſcribit hiere. xxxi. A
dicēs. Creauit dn̄s nouū ſup terrā/ femia circūdabit virū. Bene dr creauit
quia creare eſt nouū aliq̄d facere qd̄ antea nō fuit. Bn̄ etiā dicit creauit
quia in ſua incarnatōe creator oīm factus eſt creatura. Vn̄ pater de filio Iſa. xlv.
Ego dn̄s creaui eū hoīem ſcilicꝫ. Dominꝰ nō dicit pater/ aut filiꝰ/ aut ſpūſſā
ctus. ſed dn̄s ſingulariter. qꝛ vnꝰ dn̄s. vna fides. vnū baptiſma. Quia vnꝰ ē al
tiſſimus creator oīm oīpotens. Ecci. i. Et ſupponit hec dictio dn̄s p trinitate p
ſonaꝝ. qꝛ potētia patris. ſapiētia filij. benignitas ſpūſſancti ↄceptū v̄ginis opabāt
ꝛ partū. qꝛ opa trinitatis ad extra ſunt inſepabilia. Nouū Hoc inuenies īfra eodē
ti. expoſitū. Sup terrā qꝛ ↄceptꝰ ꝛ partꝰ v̄ginis oēm trāſcēdit intellectū hūanū
Vn̄ dicit btūs Johannes. i. Cuiꝰ nō ſum dignꝰ ſoluere corrigiā calciamēti. i. ex
plicare vnionē v̄bi. Itē Iſa. liij. Generatōem eiꝰ q̄s enarrabit. Eius. i. chriſti. vl'
eiꝰ. i. v̄gīſ. quomodo ſcꝫ ipa eū genuit q̄ ſe fecit. Vtrūq; enī ineffabile eſt. Vl' for
te ideo dicit ſup terrā qꝛ p ſalute hominū dei filiꝰ factꝰ ē hō. ꝛ nihilominꝰ p paſ
ſionē eiꝰ repata eſt ruina angelica. Femia. i. v̄go maria circūdabit gremio vte
ri ſui. iſtd̄ ē gloſa. virū. i. chriſtū. q̄ ī ipo momēto ſue ↄceptōis fuit vir pfectus q̄ ad
ſapientiā ꝛ v̄tutē. ꝛ etiā q̄ ad lineamēta ꝛ organizatōem mēbroꝝ. ſic dicit magiſter
in hyſtorijs. Tantā enī ſapiētiā/ tantā v̄tutē habuit ↄceptꝰ/ q̄ntam adultus. Qd̄
fuit valde mirabile. nec aliq̄ alio ↄtigit vnq̄ iſtud. qm̄ ipe eſt ſingularis. De ſapien
tia eius Ecci. i. Oīs ſapientia a dn̄o deo ē. ꝛ cū illo fuit ſp. ꝛ eſt ante euū. De v̄tute
. i. ad Cho. i. Ipe eſt dei v̄tus ꝛ dei ſapiētia. Et ita fuit dupliciter pfectꝰ. ſ. in cor
pe q̄ ad lineamēta mēbrorū. et in aīa q̄ ad ſcientiā ꝛ virtutes.

Circūdabit inquā/ nō aliūde ſꝫ de ſe. quia d̄ ſola eiꝰ ſubſtātia ſine ſemīe viri ſola ope B
ratōe ſpūſſancti edificatū eſt corpꝰ chriſti. Unde ipa dicit Ecci. xxiiij. Girū celi
. i. illū q̄ claudit oīa circuiui. i. veſtiui carne v̄ginea. Vn̄ dicit filiꝰ matri Job. x.
Pelle ꝛ carnibꝰ veſtiſti me. Sola. i. ſine adiutorio viri. qꝛ ipa fuit via viris īuia.
Ideo etiā dixit ei angelꝰ Lu. i. Ecce ↄcipies ī vtero. i. ex cauſa intriſeca. qꝛ cau
ſa ↄceptus eiꝰ fuit intra. nō extra. Et ideo ppriiſſime totus filiꝰ virgīs fuit chriſtꝰ
ſm hūanitatē. ſicut ppriiſſime totus filius dei ſm diuinitatē. Hoc ē etiā qd̄ filius
dicit d̄ patre Iſa. xlix. Formās me ex vtero ꝛc̄. Quere lib. i. ca. vij. titulo. benedictꝰ
fructus ventris tui.

Circūdabit virū. nō ab altero viro ſuſcipiet. nō hūana lege ↄcipiet hominē. ſꝫ intra C
viſcera intacta ꝛ integra virū claudet. Virū inq̄m incōprehēſibilē. qꝛ quē totus
nō capit orbis in eiꝰ ſe clauſit viſcera factus hō. De omni enī alia mīiere ↄcipiēte
dicit Ecci. xxxvi. Omnē maſculū excipiet mīier. i. excepto viro ↄcipiet.

Circūdabit inquā ita ſane. vt intrāte ꝛ exeūte dn̄o porta oriental' clauſa iugiter p D
ſeueret. Ezech. xliiij. Bene maria dr porta oriētalis. qꝛ p eam ingreſſus eſt ī mun
dum verus oriēs. q̄ nos viſitauit ex alto. ꝛ qꝛ p eam orit ī nob grā. ꝛ patꝫ acceſſus
ad verū orientē. i. chriſtū. q̄ ortus eſt ex ea. ꝛ ipa eſt principiū ortꝰ noſtri ad vitam.
Porta aūt occidental' fuit eua. q̄ fuit pncipiū ingreſſus noſtri ad occaſum ꝛ mor
tē. Sed p mariā ingreſſus eſt dn̄s deꝰ iſrl' in incarnatōe. ꝛ egreſſus in natiuitate. ꝛ
ſemp pſeuerauit clauſa pncipi. i. ad honorē principis. ſcilicꝫ chriſti. ¶ Dicit autēꝫ
chriſtus vir multiplici ratione.

Chriſtus dicitur vir propter



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Uirorē diuinitatis. vel quia ſemꝑ vixit ꝑ intemeratā ſanctitatē ⁊ oīmodā ꝟtutem. E
in q̄ notat̄ immunitas peccati ⁊ impotētia peccādi. Caruit enī originali. qđ ꝓbat
matrꝫ integritas. et actuali qđ patrꝫ diuitas. Jđ vocat eū petrꝰ [agnū īmaculatū]
q꞉ nō fuit reſpſus macl̄a original'. [⁊ incōtamiatū] q꞉ caruit omni cōtagio actual'.
ꝑma Petri. i. Jdeo etiā dicit̄ cādelabrū. Exo. xxxvij. Quere ſupra li. i. ca. vij. titu
Chriſtꝰ dicit̄ vir ꝓpter, lo. benedictus fructus ventris tui. poſt mediū capituli.
—Uirtutē. Quia ipe eſt dei virtus. i. ad Chor̄. i. Uñ pſ. Dn̄s fortis et potēs in ꝑlio.
Jtem Luce. xi. Cum fortis armatus ⁊c̄. Si aūt fortior illo ⁊c̄. Hiere. xlvi. Fortꝫ
impegit in fortē. ⁊ ambo pariter corruerūt.
Audaciā. Que manifeſte apparuit in paſſiōe. Unde Joh. xviij. Sciēs ieſus oīa q̄
vētura erant ſuꝑ eū ꝓceſſit. ⁊ dixit eis. Quē q̄ritis? Jlli aūt dixerūt. Jeſum naza-
renū. Jeſus autē dixit. Ego ſum ⁊c̄.

Chriſtus dicit̄ vir

Quia maſculus. Unde deſignat̄ ꝑ agnū paſcalē. de quo dicit̄ Exo. xij. Erit agnus F
abſqꝫ macula. maſculꝰ annicul'. Jtē Apocal'. xij. Draco ſtetit ante mlierē q̄ erat
paritura maſculū ⁊c̄. Jſa. lxvi. de btā virgine. Anteqꝫ partꝰ eiꝰ veniret peperit ma-
ſculū. i. chriſtū. qui ex omni parte fuit virilis. ⁊ nihil habuit infirmitatis oppoſite
alicui virtutū ſuarū.
Quia generatiuꝰ. i. potēs generare filios nō carnales ſed ſpūales. Uñ Joh. i. Quot
q̄t autē receperūt eū. ꝑ fidē ſcꝫ. dedit eis ꝓtātem filios dei fieri his q̄ credūt ī nomie
eius. qui nō ex ſanguinibꝫ ⁊c̄. ſed ex deo nati ſunt. Jaco. i. Uolūtarie genuit nos ꝟ-
bo veritatis ⁊c̄. Uñ etiā dicit Jſa. lxvi. Si ego q̄ generatiōeꝫ cūctꝭ tribuo ſterilis
ero. ait dominus deus.
Quia nihil in ipo femineū. peccatū enī nō fecit. nec inuentꝰ eſt dolꝰ in ore eiꝰ. i. Pe-
tri. ij. Jmmo in paſſiōe mulieb̄res delicias expugnauit. ꝯ delicias paſſus. cōtra
moleſtias ſuſtinens patienter.
Chriſtꝰ dicit̄ vir —Quia ꝑfecte etatis ſpūalis. Uñ Exo. xij. dicit̄ nō ſolū maſculꝰ. ſed ⁊ annicul'. in q̄ G
notat̄ ꝑfectio etatis. Nā ad plenitudinē etatis ꝑuenit. ſ. ad annū triceſimū. Qꝫ ſi
mēſis ꝑ die accipiat̄. tot fere in trigīta annis mēſes lunares inuenis q̄t dies in an-
no. ſcꝫ. ccclxv. Recte aūt circa triceſimūq̄rtū annū elegit pati. qđ mediū eſt etatꝭ hu-
mane. Nam vſqꝫ eo ꝑficit etas ⁊ robur hoīs. Tūc in ſtatu eſt. Poſtmodū incipit
minui. Unde abac. iij. Jn medio annorū notū facies. Jn medio enī etatis hūane
notū fecit dn̄s ſalutare ſuū. ⁊ miſericordie ſue recordatꝰ eſt. cū chriſtū dedit ꝑ nob.
Unde nec ante illā etatē ꝑmiſſus eſt occidi. q꞉ nōdū venerat hora eius. Joh. ij. et
vij. Et in tali etate fuit vir pugnator ꝑ nobis. ⁊ pati voluit. vt ſenes et paruulos
traheret ad ſalutem.
Quia ꝑfecte magnitudinis ſpiritual' a quo multi orti ſunt. Zachar̄. vi. Ecce vir ori-
ens nomē eiꝰ. et ſubter eū orietur. Qui enim ſub eo eſt iuſtus eſt.
Quia nūqꝫ emollitꝰ ꝓſperitate. Unde Johā. vi. Cum q̄dam vellent eū facere ſibi re-
gem fugit in montem.
Quia nunqꝫ fractus aduerſitate. Unde in paſſiōe quaſi ꝑ ſalute generis hūani plꝰ
adhuc deſiderās pati. dixit Sitio. Joh. xix.
Jtē [Creauit dn̄s nouū ſuꝑ terrā. femīa circūdabit virū.] qđ nouū tota terra. quod H
nouū nō capit totꝰ orbis. Si querat̄ q̄d ſit illud nouū. videlicꝫ ꝙ integritati ꝟgi-
nitatis accederet fecūditas ꝓlis. vt manens virgo integra fieret mater fecūda. Ut
gaudia matris habēs cū virginitatis honore. ſicut nec ꝑmaꝫ ſimilē habuerat tale
votū emittendo. ſic nec ſeq̄ntē haberet virginaliter pariēdo. Uñ cōuenit ei illđ ſap.
iij. Felix ſterilis ⁊ incoinq̄nata. que neſciuit thorū in delicto. habebit fructū in re-
ſpectōe animaꝝ ſanctaꝝ. [Felix ſterilis] i. virgo. ⁊ bn̄ felix maria. q꞉ benedicta ī
mulieribꝫ. [Jn reſpectōe] Beati enī mūdo corde. q̄m ipi deū videbūt. Matth. v.
[Aiaꝝ ſctāꝝ] .i. q̄n. ſ. aīe ſancte facie ad faciē regē videbūt in decore ſuo. Jſa. xxxiij.
Gal'. iiij. Letare ſterilis ⁊c̄. Jſa. liiij. Lauda ſterilis ⁊c̄.
[Nouū] inq̄t. Bn̄ nouū. ꝙ virgo facta ē mater. deꝰ hō. pater filiꝰ. ⁊ filia genitrix eſt J

effecta. Būn nouū.ꝙ ꝑuula puellula vtero ſuo circūdedit hominē ꝑfectū. celo terra
ꝗ maiorē.ꝙ manēs ꝟgo ꝯcepit.ꝙ filiū pepit manēs virgo. Iſa.vij. Ecce ꝟgo ꝯci
piet ⁊ pariet. Et ponit in h̄ loco h̄ nomē virgo diaſirtice. Uere enī fuit h̄ nouū ⁊ i
auditū a ſec̄lo.alioq̄n nouū nō eſſet niſi ſupra naturā ⁊ ꝯ ſolitū curſum nature vir
go deū ⁊ hominē ſine ꝯpleru virili genuiſſet. Itē bene dicit nouū. Tres enī mira/
biles nouitates.mirabiliter ſingulares.et ſingulariter mirabiles. q̄les nec facte ſūt
nec amplꝰ faciēde ſunt ſup terrā.fecit oīpotēs illa maieſtas in aſſumptōe nr̄e car/
nis.qn̄ ꝯiūcta ſunt adinuicē deꝰ ⁊ hō.mater ⁊ ꝟgo.fides ⁊ cor hūanū.
Itē hanc nouitatē petebat a dn̄o Ecc̄i.xxxvi.in pſona eccl̄ie. Innoua ſigna ⁊ īmuta K
mirabilia. Nō voluit fieri deꝰ.⁊ deus factꝰ eſt hō. De viro facta eſt ml̄ier.⁊ d mu
liere factus ē vir. Nunq̄d nō hec ſunt mirabilia īmutata.i.in melius mutata. Sz
⁊ ſigna ſunt innouata. Olim ꝟga ſicca floꝛuit.mō virgo pepit. Olim ſerpēs eneus
in palo fixus aſpiciētes ſanabat.nūc chriſtꝰ cruci affixus credētes ſanat.
Uere nouū ⁊ omni ſupeminēs nouitati.ꝙ in partu ꝟginali breuis agnoſcit lōgitu/ L
do.latitudo anguſta.altitudo ſubdita.ꝓfunditas inundās.agnoſcit ibi lux nō lu/
cēs.verbū nō loq̄ns.aq̄ ſitiens.panis eſuriēs. Triſtat gaudiū.pauet ſecuritas.pa
tit ſalꝰ.moꝛit vita.infirmat foꝛtitudo. Ibi potētia regit.ſapiētia inſtruit.ꝟtꝰ ſuſtē
tatur. Qui reficit angelos vberibꝫ ꝟgineis lactat. Et vagit in cunis q̄ miſero ꝯſo
lat. Ecōtra cernit ibi.triſticia letificans.pauoꝛ ꝯfoꝛtās.paſſio ſaluās.moꝛs viuifi
cans.infirmitas roboꝛās. Noua ſunt hec.mira ſunt hec.vt mirifice vetꝰ hō reno
uet ꝑ nouū. Sz nō minꝰ nouū.nec minꝰ mirādū.ꝙ iuuēcula fragilis baiulat quē
mundꝰ ferre nō ſuſtinet. O pectus ꝟgineū omni celoꝝ amplitudīe capacīꝰ.totū
interiꝰ illū claudit.q̄ celū palmo metit.⁊ vniuerſam terrā pugillo ꝯcludit. Mari
ma igit magnitudo marie.q̄ immēſe diuitatis in ſe ꝑſentiā.et digna ſuſcipe et ſuffi
ciens capere inuenit.
Itē de huiuſmodi nouitate elegātiſſime dixit quidam ꝓſayce. M
Salutare luceſcit dn̄i.patriarche ꝓmiſſa ſemini ꝯplet benedictio.
Nouus partus donat virgini.lapſo ſtatꝰ eternꝰ homī.mira rebus cōuerſio.
Longitudo breuis efficit.latitudo ꝯſtricta cernit.ꝯplanat ꝓfunditas.
Altitudo demiſſa ſubdit.virtus iacet.poteſtas regit.infirma nutat firmitas.
Languet ſalus.pauet fiducia.ſoꝛdet nitoꝛ.ploꝛat leticia.triſtat conſolatio.
Diſciplinā ſubit prudētia.vilitati ſe ſubdit gl̄ia.eget paſtu refectio.
Inuenitur panis eſuriēs.aret ſiti fons indeficiens.libertas iugo ꝓmitur.
Ecce ſubit nunq̄ꝫ incipiēs.loco manet locari neſciēs.⁊ vita moꝛtē patitur.
Quis hoc vidit.quis iſtud didicit.q̄s hoc ſatis mirari ſufficit.⁊ q̄d eſt miraculi.
Quid hoc.ipe ꝑfectus deficit.imo ſuo defectu reficit deus defectū ſeculi.
Nam moꝛs vite reſtaurat ꝓmiū.ſtatū caſus.finis initiū.pauoꝛ firmat conſtantiā.
Fuga tutū facit refugiū.ꝓbet doloꝛ ſalutis gaudiū.pudoꝛ adducit gloꝛiā.
Manens ergo quod ſemp fuerat.⁊ aſſumēs quod nō extiterat.ſeruit eternꝰ tēpoꝛi.
Sic inuictū amoꝛ exuperat.ſic ſe paruis magnꝰ ꝯtēpoꝛat humano deꝰ coꝛpoꝛi.
Notandū etiā ꝙ beata ꝟgo ſine coꝛruptōe facta eſt fecūda.ꝯcepit enī ſine feditate et N
Mgr R. de s. vic. pruritu.qꝛ de ſpūſancto. Magiſter Richardꝰ de ſctō victoꝛe. Nō nouit ſpūſſctūs
ꝟginē coꝛrūpe.ſz ſanctificare.neſcit ſpūſſanctus mundiciā virgis minuere.ſed au
gere.neſcit fedare.ſed gloꝛificare.
Anſelmꝰ Itē ſup illū locū Lu.x.intrauit ieſus in q̄dā caſtellū.dicit btūs anſelmꝰ. Poꝛta ꝑ O
quā intrauit eſt fides.qꝛ cū credidit ꝑfecta ſunt ei a dn̄o q̄ dicta ſunt ei ab angelo.
Nec qꝛ ieſus intrauit violatū eſt hoc caſtellū. Ieſus nāq̄ꝫ ſaluat.nō violat.ꝯfra/
cta ſolidat.nō ꝯfringit ſolida.ſm nomen eius ita ⁊ opus eiꝰ.
Quomodo maria ꝯcepit de ſpūſctō.quō ſpūſſctūs ſupuenit in eā.quō virtꝰ altiſſimi P
obumbrauit ei.habes infra expoſitū libro.xij.particula.ij.titulo de ꝓmo delecta/
bili oꝛti ꝯcluſi.ſm oēs q̄s d hmōi materia vnq̄ꝫ alicubi potuimꝰ repire expoſitōes.
Athanaſius Itē Athanaſiꝰ ī dyalogo ſuo. Incarnatꝰ eſt vnigenitꝰ dei ſecreto ſuo myſterio q̄d Q
ipe nouit.noſtꝝ eſt credere.⁊ illius eſt noſſe. Et hoc eſt q̄d canit. Signum audiſti

nouitatis.crede ſolum et eſt ſatis ⁊c.
Itē de hoc ſecreto dicit chriſtꝰ Iſa.xxiiij.[Secretū meū mihi]ꝯ ↄceptu virginis ⁊[ R
ingreſſu meo in ꝟginē[ſecretū meū mihi]de egreſſu meo ⁊ puerpio eius. Sicut ꝫ
nemo nouit in chriſti incarnatōe virginis ↄceptōez.ſic nemo pſumat in chriſti na-
tiuitate virgīs matris diſcutere virginitatē.ne tangēs montē beſtia lapideꝛ. Exo.
xix.⁊ ad Hebre.xij. Ideo dicitꝛ Iſa.liij. Generatōem eiꝰ qs enarrabit: eiꝰ.i.chri-
ſti.vel eiꝰ.i.marie.quō.ſ.ipa eū genuit q̄ ſe fecit. Ideo iohēs baptiſta Joh.i.[No
ſum dignꝰ ſoluere corrigiā calciamēti].i.explicare vnionem verbi. Quaſi diceret.
Nec ſenſu plene ītelligere generatōz eiꝰ.nec etiā qđ ſentio ꝟbis ſufficio enarrare.
Item de ↄceptu ⁊ partu virginis dicitꝛ Iſa.vij. Ecce ꝟgo ↄcipiet ⁊ pariet filiū S
⁊c. Supius dixerat ppheta.[Ipe dñs dabit vobis ſignū]Multa ei ſigna de
derat pus dñs p patriarchas et pphetas.ſed h mirabile ⁊ ineffabile ſignū dare
voluit p ſeipm ppter ſigni excellētiā. Qđ ſic completū eſt vt natura naſcētis cō-
probeꝛ ex virgine.et mirabile pdiceꝛ ex deitatis opatōe. Et hoc ſignū nec diuitas
opata eſt ſine homie.nec hūanitas ſine diuitate ꝟbi. Et hoc eſt ſignū cui ſp ↄtradi
ctū eſt Luc.ij.et adhuc ↄtradicitꝛ a qbuſdam. Dicit ꝫ ppheta.[Ipe dñs dabit] T
ipe nō alius[vobis]ꝯ domꝰ dauid[ſignū]ſalutis ⁊ liberatōis. Hic tria notanꝛ p
h pnomē ipe. Dñi libalitas.opis ſublimitas.opis pſentialitas. Vñ ſenſus ē[Do-
minus ipe]ſine alicuiꝰ merito[ipe]nō aliꝰ[ipe]pñs[dabit vobis ſignū]nō qlecū-
qꝫ.ſed inauditū.ſed nouū.ſed mirabile.ſꝫ excellens.qđ nullꝰ poſſet dare niſi ſolus
deꝰ. Et qđ ſignū.[Ecce ꝟgo ↄcipiet]ꝟgo[et pariet]ꝟgo. Hoc nomē eni virgo ī
h loco teneꝛ diaſirtice. In h ſignaꝛ qꝫ vtraqꝫ futura erat mūda.⁊ caro generās. et
caro generata. Ideo ſolꝰ potuit huiꝰ puerpe filius cātare canticū illđ. Sine iniq
tatibꝫ cōceptus ſum.⁊ ſine peccatꝫ ↄcepit me mater mea.[Filiū]dei ⁊ ſuū.ſ.deuz
et verꝫ hoīem[filiū]ſingulariter.nō filios.ſicut dixit heluidiꝰ hereticꝰ.ↄ quē ſcri-
bit hieronymꝰ eplaꝫ de ꝟgitate btē marie ppetuo ↄſuata.[Et vocabit nomē eius
emanuel]qđ interpꝛtaꝛ nobiſcū deus. Et ſic in h noīe emanuel deſignaꝛ duplex na
tura in chriſto. Nam deꝰ eſt nomē diuīe nature.qđ dicitꝛ nobiſcū.hūane nature cō
muniōnē deſignat. Et nota qꝫ nō dicitꝛ de deo qꝫ nos ſimꝰ ſecū.ſed ecōuerſo de no V
bis dicitꝛ qꝫ ipe ſit nobiſcum.vt intelligamꝰ nō qſi hominē reuerſuꝫ ad deū.ſꝫ de
um qſi eueſtigio hominē ſecutū vſqꝫ in exiliū. Vñ dicitꝛ Luc.i. Viſitauit nos ori
ens ex alto. Quod ꝫ hō pdidit in pmo hoīe.ſ.cū deo eſſe.h videꝛ in nouo adā ho-
mine recupaſſe. Alia litera habet[Vocabis]ꝯ tu iuda.i.inuocabis ī piculis.[no
men eius]vt te liberet[nomen eiꝰ]dico[emanuel] Et ſꝫm hanc lr̄am ↄiūctim legi
tur[nomen eius emanuel].i.hoc nomē vocabis in auxiliū.i.rē huiꝰ noīs.i.chri-
ſtum verū deū ⁊ verū hominē. Aliq libri habent.vocabitꝛ.ſꝫ male. Et q̄ ponit vo
cabitꝛ.magis ſequitꝛ ſenſum qꝫ ꝟba. Mat.i.in fine. Et nota qꝫ vbi nos habemꝰ ꝟ-
go.habet hebreus alma.qđ dupliciter ſumitꝛ in hebraico.p adoleſcētula.⁊ ſic acci
piūt iudei increduli.⁊ p apocriſa.i.abſcōdita qꝫ eſt perifraſis.i.circūlocutio ꝟginū.
Unde angelꝰ ipam repperit in ↄclaui. Itē hoc nomē alma lingua punica virginē
ſonat.et lingua latina ſanctā. Et qꝛ iudei pene oībꝫ linguis vtunꝛ.ideo hic pphe
ta poſuit h nomē alma put eſt punicū vel latinū vl̓ adminus put eſt hebraicū ī ſe
cūda ſignificatōe.i.p apocriſa.⁊ ſic ſumit hic hieronymꝰ.
[Ecce virgo ↄcipiet] Prophetali certitudīe demonſtrat futurū qſi pſens.⁊ ideo di X
cit[ecce]qđ eſt aduerbiū demōſtratiuū ad oculū.qꝛ verbū inuiſibile pus.viſibile p
carnis aſſumptōem pdicit. Et h eſt illud nouū hiere.xxxi.[Ecce]admiratiue[vir
go ↄcipiet]de ſpūſctō[⁊]ꝟgo[pariet filiū]dei et ſuum[et vocabit]ipa iuxta qđ di
ctum eſt ab angelo Luce.i. Vocabis nomē eius ieſum. Vel[vocabis]o tu iuda
[nomen eiꝰ emanuel].i.verū deū et verū hominē credēs ipm in piculꝭ inuocabis.
Sequitꝛ[Butyrū ⁊ mel ↄmedet].i.omnē cibū infantilē homini idoneū[ↄmedet]vt Y
verꝰ hō.⁊ ponit partē p toto. Hic inqm[ↄmedet]vnde aliꝰ infantia.[vt].i.qꝫuis
[ſciat]qꝛ etiā tūc vir erit pfectꝰ ſciētia ⁊ virtute. Vel ſic.[Butyrū et mel ↄmedet]
ita tñ[vt]in ipa infantia[ſciat reprobare malū].i.oēs petōres[⁊ eligere bonū].i.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnes bonos.quod fiet in die iudicij manifeſte.quãdo ſeꝑabit agnos ab hedis.
Hiero. Matth.xxv. Et quotidie facit vt de⁹. Hieronym⁹. His verbis ꝑcipim⁹ ſaluato
ris infantiã diuinã in eo nõ minuiſſe ſapientiã. q̃uis dicat Lu.ij. Puer ꝓficiebat
ſapiẽtia ⁊c.apud deũ ⁊ homies.nõ ſimpliciter ſed oſteſiue. Et dicit hoc vt veritas
hũani corpis ꝓbaret. Infantia enĩ nõ ꝑiudicat diuie ſapiẽtie.nec pl⁹ ſciuit adult⁹
q̃ paruul⁹.ſed minus oſtendit ſapiẽtie paruul⁹ q̃ adultus.[ Quere libro.i.ca.vij.
de bñdictõibus fruct⁹.poſt mediũ capituli. et ibi inuenies ] ¶ Aliter.[ Butyrũ et Z
mel comedet ] i.omnẽ cibũ infantilẽ ⁊ virilẽ. Per butyrũ qđ de lacte fit cibꝰ infan/
tilis.ꝑ mel cibus virilis intelligit. Quaſi diceret. Sic erit infans.ꝙ erit etiã vir ꝑ
fectus ſciẽtia ⁊ ꝟtute. Et nõ ſolũ tunc erit infans ⁊ vir. imo etiã deus.[ Ut ſciat
reprobare malũ ⁊ eligere bonũ ] i.habeat tũc diſcretõez boni ⁊ mali.qđ nõ põt eſ/
ſe in puro hoie dũ infans eſt. Et ponit vt ꝑ q̃uis.
Miſtice.[ Butyrũ ⁊ mel ↄmedet ] Butyrũ eſt pinguedo boni opis.mel dulcedo con AA
templatõis.⁊ hec duo ſunt cibꝰ iuſti. Uel.[ Butyrũ ] myſteriũ incarnatõis. Uñ iob
xxix. Lauabã pedes meos butyro ⁊c. Geñ.xviij. Tulit abraham butyrũ ⁊ lac ⁊c.
Mel dulcedo deitatis. Uñ puer.xxv. Sicut q̃ mel multũ ↄmedit nõ eſt ei bonũ.
ſic q̃ ꝑſcrutator eſt maieſtatis opprimet a gl'ia. Eodẽ caplo. Mel iueniſti ↄmede
qđ ſufficit ⁊c. Hec comedit chriſt⁹.q2 in fomentũ mẽbrorũ hec cõuertit.⁊ in dele/
ctationẽ iporũ.[ Ut ſciat reprobare malũ ⁊ eligere bonũ ] i mẽbris ſuis. Ad h̃ enĩ
eſt tota doctrina ⁊ exhortatio chriſti.vt malũ fugiam⁹.⁊ bonũ eligam⁹. Uñ.decli
na a malo.⁊ fac bonũ ⁊c. ¶ Sed nota ꝙ ſi volueris h̃ cibo veſci tãq̃ mẽbꝝ chriſti
oportz vt qñ alij ducunt in babylonẽ.i.in ↄfuſionẽ peccati.remaneas ĩ medio ter
re.i.in hieruſalẽ. Uñ Iſa.vij. Butyrũ ⁊ mel ↄmedet oĩs homo qui relictus fuerit
in medio terre.
Item Ut ſpiritualiter intelligant hec ꝟba.notandũ ꝙ butyrũ exꝓmit ab vberibꝰ. BB
Unde pab.xxx. Qui fortiter ꝓmit vbera ad eliciendũ lac.exprimit butyrũ. In bu/
tyro igit chriſti hũanitas. Et habet butyrũ q̃ttuor ꝓprietates ꝑncipales.

Butyrum

Pingue eſt. Et hec pinguedo refert ad myſteriũ ↄceptiõis.q̃ſi pinguedinẽ enĩ bu/
tyri accepit chriſt⁹ ĩ ↄceptõe.qñ vnctõe cariſmatũ vnctus eſt ꝑ participibꝰ ſuis. et
qñ vitulus ſaginat⁹ ꝑparat⁹ eſt in vtero ꝟginis.vt ꝓdigo redeunti pingue ↄuiuiũ
inſtauraret.ꝙ omnes electos ad illud ↄuiuiũ inuitatos ſua pinguedine ſaginaret.
Iſa.xxv. Faciet dñs exercituũ oĩbꝰ populis ↄuiuiũ pinguiũ ⁊c.
Suaue eſt. Et hec ſuauitas refert ad hũilitatẽ natiuitatis. Si enĩ pie recolas na
Butyrũ tiuitatis ei⁹ humilitatẽ.vilitatẽ pãnoꝝ.⁊ hmõi.q̃d inuenies niſi ſuauitatẽ.
Liquefactiuũ eſt. Et hec liq̃factio refert ad feruorẽ paſſiõis. vbi ſtillicidijs grãrũ
alios fecit charitate pingues.alios hũilitate ſuaues.quoſdã vero paſſionis ↄſtan/
tia fortes.et hmõi.
Nutritiuũ eſt. Quod nutrimentũ refert ad ſacramẽta noſtre redẽptõis. Et exꝑſſum
eſt hoc butyrũ quaſi ex duobꝰ vberibꝰ.ſ.iudea ⁊ gentilitate. Uñ deſcẽdit chriſtus
humanat⁹ nõ ſolũ de ſtirpe dauid.ſ3 de petra deſerti ꝑ ruth. i.de duricia ⁊ infideli
tate gentilitatꝭ. Iſa.xvi. Emitte agnũ dñe.dñatorẽ terre de petra deſerti ⁊c.
Mel elicit de floribꝰ.in quo notat eius diuinitas. Et habet mel tres ꝑncipales ꝓꝓ/ CC
etates.licet ⁊ alias multas.
Purgatiuũ eſt.q2 ſolus de⁹ impios iuſtificat a peccatꝭ.⁊ ſol⁹ pctã dimittit.
Mel Conſeruatiuũ eſt.q2 augendo grãm dirigit iuſtum.
Dulce eſt et nutritiuũ.quia poſt grãm tribuit gl'iam.poſt meritũ reddit ꝑmium.
Iſte ergo emanuel reprobauit malũ.q2 mortẽ moriendo deſtruxit. et elegit bonũ.q2 DD
vitam reſurgendo reparauit.
Uel aliter.[ Butyrũ ⁊ mel comedet ] In lacte duo. Caſeus qui ſignat peccati egritu
dinẽ.quia ſanus nõ eſt. Butyrũ qđ ſanũ eſt. Inter hec diuiſit noſter emanuel. q2
humanã naturã ſine peccato aſſumpſit.⁊ ita caſeum nõ ↄmedit. Item apis habet
mel et aculeũ. Mel miſericordia.aculeus iuſticia. Inter hec noſter emanuel diui/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſit.qꝛ veniens ſaluare nos miſericordiā aſſumpſit.et iuſticiam q̄ſi dimiſit. Sꝫ no/
lite errare.qꝛ veniēs ad iudiciū reſumet aculeū.] Quere libro.xij.ꝑicula.v.ti.xvij.
vbi chriſtus dicit̄ apis.

Mgr̄ Ri chard⁹ d ctō vict.

Aliter [Butyrū ⁊ mel ꝯmedet.] Quare nō dixit panē ⁊ carnē.cū vex̄ dixiſſet: Pro/ EE
pter myſteriū. Mel enī ⁊ butyrū delicie ſunt muſcax̄ immūdarū ⁊ venenoſarum.
Apis venenoſa ꝑ melle laborat ⁊ pugnat.vt ſepe pro eo animā ponat. Butyx̄ eſt
pinguedo lactis.cui ꝑ ingluuie ſe immergūt muſce ſordide ſepe vſqꝫ ad mortem.
In h̄ igit̄ ꝙ noſter emanuel hec duo ꝯmedit:ſignat̄ ꝙ ꝓ amore noſtro vſqꝫ ad par
ticipatōem nō ſolū hominū.non ſolū iumentorū:ſed etiā muſcax̄ immūdax̄ ⁊ ve
nenoſax̄ deſcendit. Uſqꝫ ad participatōnē dico.nō culpe ſed pene ⁊ mortꝭ. Quis
ergo deſperet de cetero hominē poſſe fieri participē celeſtiū deliciax̄.cū dn̄s maie/
ſtatis ꝓpter hoīes deſcēderit vſqꝫ ad delicias muſcax̄. Ecce q̄ntū ꝓ amore nr̄o ſe/
metipm̄ exinaniuit.q̄ ſe tali indigentie ſpōte ſubiecit.

Itē. Chriſt⁹ mel.qꝛ de celo deſcēdit mediāte roze gr̄e que matrē impleuit. Et eſt mel FF
vt ita dicā q̄ſi q̄daꝫ dulciflua craſſitudo roris. Quia ſi chriſti cor attēdimus.nihil
illo benignius.⁊ eius dulcedo dulcedinē omnē incōparabiliter excedit. Deſcendit
aūt mel iſtud de ſummis ad ima.⁊ a ſūmo celo egreſſio ei⁹.quia de apotheca ſup/
celeſti.h̄ eſt.de corde ſummi patris ī ꝟginalē apothecā.i.cor ⁊ vtex̄ matrꝭ. Jō ora
bat Jſa.xlv.quaſi loquēs ad patrē ⁊ ſpiritūſanctū. Rorate celi deſup. Rorauit eū
pater mel iſtud gignēdo.rorauit ſpūſſctūs ipm̄ cere mūdicie ꝟginalis ineffabiliter
vniendo. Et ideo chriſt⁹ ꝯparat̄ fauo. Rorauit pater mittēdo quē genuit.rorauit
ſpūſſanctus inſpirādo cui vniuit.qꝛ chriſt⁹ a patre eſt genit⁹.⁊ de ſpūſctō ꝯcept⁹.

Item chriſt⁹ lac:qđ ꝑcipui eſt cādoris.ecce intima mūdicia.⁊ eximij dulcoris.ecce GG
ſumma pietas ⁊ plena beniuolētia. Quia pectus dominicū lacteū cādorē habuit ī
integritate ſūme et ītime puritatꝭ.lacteū dulcorē ī plenitudīe ſūme ⁊ intime pietatꝭ

Itē de dignitate ꝯcept⁹ et partus virginei dicit̄ Gene.ij. [Hō nō erat q̄ oparet̄ ter/ HH
rā] .i.btām ꝟginē. [ſed fons aſcedenbat de terra] .i.xp̄s fons gratie.q̄ nat⁹ de vir/
gine aſcēdit de terra.nō deſcēdit vt peccator. Itē fili⁹ patri [Tu es q̄ extraxiſti me
de vētre.] Hic notat̄ dignitas natiuitatis xp̄i.q̄ patrē habuit q̄ſi loco obſtetricis.
quem cōceptū ſine carnali cōcupiſcētia extraxit pater de vētre matris ꝟginis ma
nēte integritate ⁊ pudicicia. Un̄ Ezech.xliiij. [Dn̄s de⁹ iſrl' ingreſſus eſt ꝑ eā] in ī
carnatōe ſua in eius vterū.et ī ſua natiuitate in mundū.⁊ ſemp ꝑmāſit [clauſa p̄n
cipi] .i.ad honorē p̄ncipis. Sequit̄. [Spes mea] ſupple tu es [ab vberib⁹ matris
mee] .i.ſm̄ hūanitatem q̄ ſuxi vbera.quia ſm̄ deitatē nō eſt pater ſpes filij. Sequi
tur de immunitate a peccato. [In te ꝓiectus ſū] vel iactatus.vl' ꝯfirmat⁹ [ex vte/
ro] Nos enī ꝓijcimur in irā in vtero ⁊ ex vtero.qꝛ omnes naſcimur filij ire. Chri/
ſtus ꝯfirmat⁹ ē in deū ex vtero.qꝛ ſine peccato conceptus portatus et natus.vt ſu
pra dictum eſt. Gene.ij.

## De partu virgineo Titul⁹ xiiij.

De glorioſo partu virginis ſine triſticia ⁊ dolore:admirās Jſa.lxvi.excla/ A
mat. [Anteq̄ꝫ parturiret pepit.anteq̄ꝫ veniret part⁹ eius pepit maſculū.q̄s
audiuit vnq̄ꝫ tale.aut q̄s vidit huic ſimile?] Et ſunt hic q̄ttuor notabilia.
videlicꝫ. Que pepit. Quō pepit. Quem peperit. Qualem pepit. Que pepit innuit̄
cum dicit. [pepit] Innuit̄ enim ꝙ aliq̄ pepit. Admirabile ꝟo nomen ei⁹ q̄ſi ineffa
bile tacuit.qđ eſt virgo mater. Modū notauit cū ait. [Anteq̄ꝫ parturiret] Quem
pepit innuit vbi dicit [pepit] cui⁹ nomē q̄ſi ineffabile tacet.qđ eſt de⁹ homo. ꝟbuꝫ
infans. Qualem pepit vbi ait [maſculū.] Propter hec q̄ttuor dicit ꝙ nunq̄ꝫ audi/
tū fuerit tale.vt virgo mater.de⁹ hō.verbū infans. Sed tale decuit eſſe nr̄e redem
ptōnis initiū. Intrauit enī noſtra ꝑditio ꝑ mulierē de ſolo viro ꝓductā. Propter
hoc decuit vt eſſet noſtra redēptio et reꝑatio ꝑ virū de ſola muliere ꝓductū.vt eſſꝫ
ſimile in ꝯtrario. Talē modū reꝑatōis petebat eccl'iaſtic⁹.xxxvi.dicēs dn̄o. Inno
ua ſigna ⁊ immuta mirabilia. Mirabile fuit ꝙ dn̄s de ſolo adā p̄mo hoīe mulierē
ꝓduxit.mutatū fuit mirabile cū de ſola muliere ſecūdus adā ꝓduct⁹ eſt. Hec ē qꝛ/

ta generatio de qua dictũ eſt abrahe Geñ.xv. ꝙ ſemẽ eiꝰ q̈rta generatõe de ſeruitu
te egiptiorũ liberatũ exiret. Primũ generatõis genus fuit plaſmatio. quãdo adaꝫ
de terra plaſmatꝰ ẽ. Scdm de coſta formatio. Terciũ ꝓpagatio. ſic enĩ filij homi/
nũ de parẽtibꝫ ſm ꝓpagationẽ naſcunť. Quartũ vero genus eſt de ſola mľiere ꝓpa
gatio. Sꝫ hec q̈rta generatio data humano generi. ſemini abrahe cauſa extitit ex/
eundi de egiptiaca ſeruitute q̈ſi a diaboli tirannide.

Hoc nomẽ virgo mater nõ ſolũ figuraliter. ſꝫ ⁊ lr̃aliter expſſit Iſa. vij. cũ dixit. Ec **B**
ce virgo ↄcipiet. Hic exꝓmiť virgo. Et virgo pariet filiũ. Hic exꝓmiť mater.
Sed dicit Iouinianꝰ hereticꝰ. In maria nomẽ matris ſuſcipio. ſed nomẽ virgi
nis nõ admitto. Et cũ ei ꝑdicta dicunť. dicit ſe vetus teſtamentũ nõ ſuſcipe. Sꝫ
nõ ſolũ hoc nomẽ a veteri teſtamẽto eliciť. imo etiã tanq̃ꝫ ꝑ euangeliſtã innouatũ
ab euãgelio fulcitur. Matth. i. in fine. Ecce virgo in vtero habebit et pariet filiũ
⁊c̃. Item Luce. i. Miſſus eſt angelꝰ gabriel ad virginẽ ⁊c̃. Itẽ Matth. i. Cũ eſſꝫ
deſpõſata mr̃ ieſu maria ioſeph. añq̃ꝫ cõuenirẽt inuẽta ẽ in vtero habẽs de ſpũſctõ
Argue ḡ ſic Ad ꝟginẽ miſſus ẽ angelꝰ Lu. i. Añq̃ꝫ ↄuẽirẽt ĩuẽta ẽ ĩ vtero habẽs ð
ſpũſancto. ergo nõ de adulterio. ergo nõ fuit violata eiꝰ virginitas. neq̃ꝫ ꝑ ſponſũ
neq̃ꝫ ꝑ adulterũ. Ergo cũ iam ↄcepiſſet ſic erat virgo. ſic ad virginẽ miſſus eſt ga/
briel. Sic ergo ex veteri ⁊ nouo teſtamẽtꝭ colligiť h̃ nomẽ virgo mater. Qð admi/
rans Iſa. dicit. Quis audiuit vnq̃ꝫ tale?

Secundũ mirabile. q̈liter pepit. Unde diciť. Anteq̃ꝫ parturiret pepit. Parturire ẽ **C**
ante partũ ⁊ in partu laborare. Quid eſt ḡ. Anteq̃ꝫ parturiret pepit. niſi ꝙ nõ ꝑce
dente vel cõcomitãte dolore partũ edidit. Sed quis audiuit vnq̃ꝫ tale? Lex enim
data eſt mulieribꝫ Geñ. iij. In dolore paries filios. Et Ioh. xvi. Mľier cũ parit
triſticiã habet. Lex igiť nature eſt ꝙ mľier ꝑmo parturiat anteq̃ꝫ pariat. Sꝫ ma/
ria nõ fuit ſubdita huic legi. qꝛ ſine dolore. i. ſine naturaliũ leſiõe pepit ſaluatoreꝫ.
Sed in eius paſſiõe quẽ diu añ pepererat. parturijt. Tũc enĩ in ipa fuerũt dolo
res vt parturiẽtis. Unde ps̃. xlvij. Ibi. i. in filij paſſiõe. dolores vt parturiẽtꝭ.
Tunc enim in ea impletũ ẽ qð ei ꝑdixerat ſymeon Lu. ij. Et tuã ipiꝰ animã ꝑtrãſi
bit gladiꝰ. Nõ enĩ minꝰ ſi fas eſt dicere cor matrꝭ q̃ꝫ corpus filij ꝑtrãſiuit gladius
paſſiõis. trãſiuit enĩ mẽbra filij. ſed ꝑtrãſiuit. i. ꝑfecte trãſiuit mr̃is viſcera. qꝛ tũc fu
it oĩs plaga triſticia cordis eiꝰ. Eccĩ. xxv. Qð poſtea oſtenſũ ẽ btõ iohi Apoc. xij.
vbi ait. Signũ magnũ apparuit in celo ⁊c̃. vſq̃ꝫ. ⁊ clamat parturiẽs. ⁊ cruciatur
vt pariat. Signũ magnũ. virgo mater. nec ante nec poſt ſiľe viſũ eſt. nec ĩ celo nec
in terra. Totũ hoc ĩuenies expoſitũ. li. xij. ꝑticľa. vij. in illo ſermõe de aſſumptõe.
Signũ magnũ apparuit in celo ⁊c̃. Clamat parturiẽs ⁊ cruciať vt pariat. Iſtud
ad lr̃am de maria nõ ꝑt intelligi. tũc ſic exponũt q̇dã de ea. ꝙ que iã diu ſine dolo
re pepererat. dũ filiꝰ eius in cruce penderet parturiẽs clamabat. ⁊ ſi nõ voce tñ de
Augꝰ. ſiderio vel deuotõe. Augꝰ. In auribꝫ dei voces faciunt nõ ꝟba ſꝫ deſideria. Et tũc
cruciabať vt pareret. i. tanq̃ꝫ ſi pareret. Tantꝰ enĩ vel maior crediť tũc fuiſſe cruci/
atus mentꝭ eius. quãtus mulieris parturientis cruciatꝰ corporeꝰ. Ecce quomo/
do peperit et parturijt.

Frater .D. Nota ꝙ beata virgo. in vtero habuit. ꝑ fidem. quia ſimul vt credidit ⁊ cõſenſit ↄcepit **D**
. et clamabat. deſiderio ↄuotõis. parturiẽs. ex affectu cogitatõis. qꝛ ñ plꝰ dolorꝭ i/
tulit ei partus ſuus. q̃ꝫ alij cogitatio pariẽdi. Vľ. habens in vtero. filiũ quẽ ſine
dolore peperit in natiuitate. clamauit. interius in corde martyrizata in filij paſſi/
one. parturiẽs. quãdo ipm vidit pẽdentẽ in cruce. ⁊ cruciať. abſtinẽtijs. vigilijs.
oratõibus. ieiunijs. vt pariat. i. tãto partu ſe dignam faciat. Et tamẽ ſicut pau/
lo infra diciť. ante eam ſtetit diabolus volẽs filiũ deuorare. quia etiã ꝑ herodẽ volu
it chriſtum interficere.

Terciũ mirabile. queꝫ peperit. ſcꝫ deũ hominẽ. Et hoc neceſſitati hũani generꝭ ↄgru **E**
ebat. Pacem enim inter deũ et hominẽ purus hõ reformare nõ potuit. qꝛ in eadeꝫ
damnatõne cũ reo erat. Ideo ↄquerebať Iob capitulo. ix. in ꝑſona generꝭ hũani
Grego. dicẽs. Nõ ẽ q̇ vtrũq̃ꝫ poſſit arguere. ⁊ ponere manũ ſuã in ambobꝫ. Grego. Solꝰ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

chriſtus deꝰ hõ factus. et hoīem arguere potuit. ⁊ deo obſiſtere ne feriret. Uides
ergo ꝙ ꝯgruū vocabulū redēptoris deus homo. Et h̄ longe ante ꝓphetatū erat
Dixerat enī Iſa. liiij. Redēptor tuus fortꝭ iſrael. deꝰ oīs terre vocabit̄. Item Iſa.
xxxiij. Dn̄s rex noſter. dn̄s iudex nr̄. dn̄s legifer nr̄. ipe veniet ⁊ ſaluabit nos. Ho.
Un̄. Hō natus eſt in ea ⁊c. Itē. Hō ē et quis cogno. eū: Hiere. xvij. ſm aliā lr̄az.
Tria in incarnatōe facta ſunt mirabilia. Deꝰ hō. Uerbū infans. Et cor credēs. Uer F
bum. q̄d in p̄ncipio erat apud deū. Ioh. i. Uerbū. quo dixit pater. ⁊ facta ſunt oīa
Uerbū. q̄ intonāte in iudicio audiēt pulueres ⁊ in corpa reuertent̄. Uerbū. q̄ i paſ
ſione lapides ſciſſi ſunt. ⁊ monumēta apta. Sed dicet q̄s. Quomodo ſi v̄bū eſt in
fans ē: Si enī infans. nō fat̄. Si nō fatur. v̄bū nō eſt. Quō ḡ ⁊ v̄bū eſt ⁊ v̄bū nō ē:
Ideo cū Iſaia dicamꝰ. Quis audiuit vnq̄ꝫ tale: Audiſti v̄bū. audi infantē Lu. ij.
dictū eſt paſtoribꝫ. Inuenietis infantē ⁊c. Iſa. viij. Anteq̄ꝫ puer ſciat vocare patrē
⁊ matrē auferet̄ fortitudo damachi. Intrāte enī h̄ infante egiptū. corruerūt ſimula
cra egipti. ſicut p̄dixerat Iſa. xix. Ubi ablata ē fortitudo damachi. i. diaboli lingē-
tis ſanguinē. i. q̄ delectat̄ in peccatis. Cuius virtus ita debilitata eſt. vt nō potuit
facere ꝙ ſtarent idola ſua.
Quartū mirabile. ſ. q̄lē peperit. q̄r maſculū. i. bellatorē ⁊ generatorē. Bellatorē decuit. G
quia tūc fortis armatꝰ cuſtodiebat atriū ſuū. i. mundū. et erat in pace poſſeſſio eiꝰ.
id ē genus hūanū Lu. xi. Sed pugnāte ⁊ ꝯgrediēte dn̄o ꝫ diabolū in paſſiōe. p̄n-
ceps mūdi huiꝰ eiectus ē foras. Ioh. xij. Et tūc impletū ē illud Iſa. xix. Clama-
būt ad dn̄m a facie tribulātis. ⁊ mittet eis ſaluatorē ⁊ ꝓpugnatorē q̄ liberet eos.
Generatorē etiā ipm̄ eſſe optuit. q̄r p̄mi pentes nr̄i nos oēs filios ire genuerāt. Eph. H
ij. Omnes naſcimur filij ire. Ut ergo poſſemus heredes dei et coheredes chriſti fi
eri. ad Rom̄. viij. regenerari nos oportebat. Alioq̄n nō eramꝰ ītraturi in heredita
tem ſempiternā. niſi ꝑ lauacrū regeneratōis ⁊ renouatōis ſp̄ūſancti. Ad Thi. iij.
Ioh. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſp̄ūſancto. nō p̄t intrare in regnū dei.
Iſa. lxvi. Si ego q̄ cunctis generationē tribuo ſterilis ero dicit dn̄s deus: Ecce
apparet qualē virgo genuit.

Quomodo recuperatuꝫ ē ꝑ partū marie. q̄cq̄d ꝑditū fuerat ꝑ peccatū matris p̄me

PErdidit primꝰ hō ex culpa ſue p̄uaricatōis. gloriam incorruptōis. prerogati- I
uam dignitatis. abundantiā plenitudinis. Gloriā incorruptōis. qua immor-
talis factus eſt. Prerogatiuā dignitatis. qua ad dei ſimilitudinē factus eſt. Abun
dantiā plenitudinis. qua in loco voluptatꝭ poſitus eſt. Denudatōem immortali-
tatis audis. vbi de ligno vetito legis. Quacūq̄ꝫ die comederis ex eo. morte mori
eris. Honoris degradatio dignitatiſq̄ꝫ detractio fuit. vbi d̄ illa ſublimitate ſilitu
dinis dei recidit in ſimilitudinē iumēti. Homo inquit cū in honore eſſet nō intel
lexit. cōparatus eſt iumētis inſipiētibꝫ. ⁊ ſimilis factus eſt illis. Euacuatꝰ eſt autē
abundātia plenitudinis. quādo eiectus de loco voluptatis. incurrit in illā ſentētiā
maledictōis. Maledicta terra in ope tuo. In laboribꝫ comedes ex ea cūctis diebꝫ
vite tue. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. ⁊ comedes herbas terre. In ſudore
vultus tui veſceris pane tuo. Ecce triplex damnū in expoliatōne incorruptibilita
tis. dignitatis. beatitudinis. Sed miſericors et miſerator dominus ſm̄ diuitias
bonitatis ſue noluit tenere in ira ſua miſericordias ſuas. ſed tā pius inuentus eſt
ad ſubueniendū. q̄ꝫ ꝓnus inuētus eſt diabolꝰ ad perdendū. Quia apud dn̄m mi-
ſericordia. et copioſa apud eū redemptio. Copioſa autē redemptio nō eſſet. niſi re-
demptor noſter deiectum hominē ad plenū reſtauraret. Scd̄m itaq̄ꝫ triplex dam
num ex miſeratoris ſui munere accipit triplex promiſſum. Promiſſum recuperā-
de immortalitatis. Promiſſum recuperāde dignitatis. Promiſſum recuperande
beatitudinis. Uiuēt mortui tui. interfectiq̄ꝫ mei reſurgent. Ecce repromiſſio ſpe-
rande immortalitatis. Dabo eis in domo mea et in muris meis locum. ⁊ nomen
melius a filijs et filiabꝫ. Ecce recuperāde dignitatis. Oculꝰ non vidit abſq̄ꝫ te de
us que preparaſti diligentibꝰ te. Iſaie. lxiiij. Ecce repromiſſio reſtaurande feli-
citatis. Ecce vt dictum eſt triplex promiſſum. ſm̄ triplex damnum. Ecce nunc
iterum ſecundum promiſſum triplex. accipe et animaduerte in his triplex ſignum.

# Virtutes marie

[Ecce virgo ꝯcipiet et pariet filiū.] Ecce primū. [Et vocabit nomē eiꝰ emanuel] Ecce ſcōm. [Butyrū ⁊ mel ꝯmedet vt ſciat reprobare malū ⁊ eligere bonū.] Ecce terciū. Habes igit̄ vnū ſignū in matre. duo in ꝓle. Signū incorruptōis in matre. ſignū recupande dignitatis ⁊ plenitudinis in prole.

Audi de matre. Ecce ṽgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. Quātū hoc eſſe putas? Quā magnū? K Quā mirū? Quā inſolitū? Quā ſtupendū? Quale vł ꝗ̄ʒ magne rei ſignū? A ſeculo nō eſt auditū virginē ꝯ̄cepiſſe. virginē parere. et poſt partū inuiolatā ꝑmanere. Accipit ergo natura hūana in btā ṽgine maria quaſdā arras vel primitias future incorruptibilitatis ſue. integritatē icorruptōiſ ṽginee. Quare q̄ſo in hac vita ſine corruptōe nō viuit̄. niſi qꝛ natura hūana ſine corruptōe nō ſeminat̄. Radix enī noſtre corruptibilitatis germinare incipit ab ipa hora conceptōis. Sed ecce in btā maria ibi p̄cidit̄ vnde germinaſſe videbat̄. Et ſcimꝰ q̄dem q̄niā cū radix p̄cidit̄. tota ex ea fructificatio poſtmodū exiccat̄. [Ecce] inq̄t [virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū.] In eo ſane qd̄ dicit̄ virgo ꝯceptura ⁊ ṽgo paritura/ apte mōſtrat̄ ꝙ vtraqʒ futura erat mūda/ et caro generās ⁊ caro generata. Potuit ḡ ſolus huiꝰ puerpe filiꝰ ꝓ hac ꝑte cantare canticū nouū dn̄o. Sine iniq̄tatibꝫ ꝯceptus ſū. ⁊ ſine pctō ꝯcepit me mater mea. Manifeſtū ē itaqʒ quia ad deſtructōez peccati venit. q̄ in ipo mūdi igreſſu maculā peccati de materna carne nō ꝯtraxit ſed deleuit. Si ḡ tantū ſola eiꝰ ꝯ̄ceptio valuit/ vt ꝯ̄cupiſcentie fomitē totiuſqʒ corruptōis radicē deleret. q̄d queſo in expiatōe/ corpis ſui valere potuit natiuitas. circūciſio. baptiſmꝰ. ꝯuerſatio. humilitas. ieiuniū. patiētia. obediētia. paſſio. crucifixio? Si tantū valuit qd̄ geſtū eſt vna hora. vel viꝰ potiꝰ hore portiūcl'a. q̄d valere potuerūt tot annoꝝ tpa i miniſteriū nr̄e redemptōis impēſa? Qui potuit ſub ꝯceptōis ſue tpe ex infuſiōe ḡtie ſue materna viſcera purgare. cur nō credat̄ eos q̄ eiuſdem ḡre p̄ticipes eſſe voluerūt qn̄ et quō voluerit poſſe mūdare? Cur nō credat̄ in quolibet noſtrū naturam illā mūdare poſſe/ quā in beata virgine potuit nō ſolū purgare ſed honorare ⁊ gl'ificare. In eo enim eam gl'ificauit/ ꝙ ei aliq̄d ſupra naturam dedit. Fecit ſiq̄dem in ea aliq̄d quod fuit ꝯtra naturā. aliq̄d qd̄ fuit ſc̄m naturā. aliq̄d qd̄ fuit ſup̄ naturā. Contra naturā infirmitatis nr̄e fuit/ ꝙ virgo ꝯcepit. Scd̄m naturā fuit/ ꝙ in vulua ꝯceptus et formatus. ⁊ tandē ſc̄m legitima naſcendi tpa natus fuit. Sup̄ naturā nō ſolū huiꝰ infirmitatꝭ nr̄e/ ſed etiā ſup̄ naturā conditōis ꝑme fuit/ ꝙ ſine virili ſemīe ṽgo ꝯcepit. Puritatꝭ fuit/ ꝙ ſine ꝯcupiſcētia ſemīare potuit. Honorꝭ/ ꝙ plē ab omni peccati ꝯtagio mūdā effudit. Gl'ie/ ꝙ nō de viro ſed de ſpūſctō concepit. ¶ Certe ſi emanuel noſter de vtroqʒ ſexu naſci voluiſſʒ. ⁊ hoc ratio exigeret/ M vtrūqʒ ad mūdam ꝓlem ſeminandā mūdare potuiſſet. Sed ſi de vtroqʒ carnē aſſumeret/ vtiqʒ ⁊ a ꝓprietatis ſue ſimilitudine longiꝰ recederet. ⁊ ad noſtrā minꝰ appropinquaret. Proprietati enī ſue eſſet diſſimile. ſi patrē ⁊ matrē haberet in hūanitate. q̄ ſolūmodo patrē habebat in diuinitate. In h̄ item ⁊ nobis diſſimilior eſſʒ. ſi duos qd̄ nos nō poſſumꝰ patres haberet. Sed ⁊ ratio ſane exigebat/ vt ſicut vnum ꝑncipiū erat in generis noſtri ꝓpagatōe. ſic eſſet et vnū ꝑncipiū in generꝭ nr̄i reparatione. Oportuit ergo repatorē generꝭ noſtri. aut de ſolo viro. aut d̄ ſola femina naſci. Sed ſi de viro ſexū femineū aſſumeret. ordinē nature ꝯ̄funderet. q̄ femineum ſexum ſup̄ virilē extolleret. ⁊ idem ipe diceret̄ filiꝰ ex diuinitate. ⁊ filia ex hūanitate. Sed ſi virilis eſſet ſexus quē aſſumeret. haberet ſane vir geminū ꝓ hac ꝑte honoris ſolaciū. femina nullū. Et certe ſi de viro formari voluiſſet. materiā q̄dem de carnis noſtre ſubſtātia traheret. ſed in eius incarnatōe nature opatio nihil haberet. ⁊ in h̄ a nature noſtre ꝓprietate longiꝰ diſcederet. O quantū honoris vł dignitatis mulieribꝰ vel ex mulieribus natis in eo contulit. ꝙ creator omniū. ꝙ ſaluator hominū/ naſcentiū more ex muliere naſci voluit? Ex mł'iere itaqʒ debuit naſci/ N quem oportuit inquantū ratio ſuſtinuit per omnia fratribꝫ aſſimilari. Sed ꝙ muliebrem de muliebri ſexu aſſumere nō debuit. ratio ſuperiꝰ mōſtrata oſtendit. Nā ⁊ ordinē vt dictū eſt nature ꝯfunderet. ⁊ geminato i h̄ mulierū ſolatio/ virilis ſexꝰ ſingularis priuilegij nihil ſimile haberet.

Incipit tractat⁹ de trib⁹ theologicis virtutib⁹ marie. Et primo de fide marie.

Titulus xv.

Fides marie notat̄ Luc.i. vbi dicit ei elizabeth. Beata q̄ credidiſti/ q̄m pfi/ A
cient̄ ⁊c̄. Cum eni paulo poſt dixiſſet maria. Ecce eni ex h̄ btām me dicent
oēs generatōes. oſtēdit ⁊ angeli implēdā ꝓmiſſionē. ⁊ ſuā ſe nō trāſgreſſuraȝ
ꝓfeſſionē. Que eni virgitatē vouerat. ⁊ pariturā ſe docēte angelo nouerat. mirabi
li fide ⁊ votū ſuū implēdū credidit. ⁊ diuīe ordiatōi ſe nō ſubduxit. Maxima autē
magnanimitas fidei fuit/ ꝙ in ſe poſſe fieri et credidit ⁊ ſperauit ꝙ nūq̄ auditū fu
Origeñ. erat nec ī celo nec in terra. ¶ Itē Origenes. Per fidē marie erigit̄ iacentiū genus/ B
Beatus matthe⁹ qd̄ ꝑ m̄lieris temerariā credulitatē fuerat an̄ deiectū. Iteȝ btūs matthe⁹ ī legēda
ſua. In ꝯceptōe filij dei/ fides marie vxor extitit ſpūſſancti. ¶ Itē Maria credu/ C
la ꝟbis angeli fide ꝯcepit ſaluatorē. ⁊ ideo ꝑ aurē dicit̄ ꝯcepiſſe. Vn̄ ⁊ dicit ei eli/
zabeth Lu.i. Beata q̄ credidiſti/ q̄m ꝑficient̄ ⁊c̄. In ꝯceptōe eni filij miſit [dilect⁹
Hugo d̄ s.victore ei⁹] .i. deus p̄r [manū ſuā] .i. filiū in ea [ꝑ foramē] auris ſue. Cāti.v. Mgr̄ hugo d̄
ſancto victore. Virgo credula ꝟbū ꝯcepit ꝑ ꝟbū. vt immaculatā ꝯceptōeȝ genera
tio incorrupta ſeq̄ret̄. ¶ Itē fides marie ꝯpat̄ grano ſinapis. qd̄ eſt gn̄ū hūile. fer/ D
uens. ⁊ humorē capitꝭ tollēs. Et fides marie adiūcta hūilitati. vn̄. ecce ancilla do.
fi.mi. ⁊c̄. feruēs ꝑ dilectōem ſpūſſcti de q̄ ꝯcipiebat. ⁊ filij dei quē ꝯcipiebat. humo
rē capitis tulit. ſicut eni caput initiū eſt rei. ſic ꝯceptio animati. ⁊ h̄ q̄n credidit an/
gelo diceti. Spūſſctūs ſupueniet ī te ⁊c̄. ¶ Itē ſi abrahā intantū ꝯmēdat̄ ab apo E
ſtolo ad Roma.iiij. de eo ꝙ [ꝯtra ſpem] nature [in ſpem] gr̄e [credidit] .ſ. ꝙ ſenex
poſſet de ſara ſene ⁊ ſterili filiū generare. q̄nto magis ꝯmēdāda eſt maria. q̄ primo
ꝟbo angeli credidit ꝙ filiū poſſet generare ſine ſemīe viri. et parere manēs ꝟgo n̄
ſolū hominē ſed filiū dei. Fides etiā marie q̄ eſt radix ei⁹ manifeſtata ē ꝑ totū mū
dū. Vn̄ ipa ꝟe p̄t dicere illud Job.xxix. [Radix mea] .i. fides qua angelo credidi
[apta eſt ſec⁹ aq̄s] .i. vbiq̄ manifeſtata. Aque populi. Apoca.xvij. Aq̄ trāſeuntes
ſancti ſunt/ q̄ nō habēt hic manētē ciuitatē. ad heb.xiij. ſȝ futurā inq̄rūt.

De ſpe marie Titulus xvi.

Spes marie notat̄ in reſpōſiōe ſua ad angelū. vbi dixit. Ecce ancilla dn̄i fiat
mihi. Niſi eni ꝟaciter credidiſſȝ. firmiter ſperaſſȝ. feruēter deſideraſſet poſ/
ſe fieri ⁊ futurum eſſe qd̄ angel⁹ ꝓmittebat. nequaq̄ reſpōdiſſet. fiat mihi.
Ideo viſa eſt dixiſſe dn̄o. In ꝟbo tuo ſperaui. ſcȝ qd̄ ꝑ angelū mādaueras mihi.

De charitate marie Titulus xvij.

Dilexit maria dn̄m ſicut oēs ſc̄pture canonice ipm p̄dicāt diligendū. ⁊ chari A
tas eius charitatꝭ oīm ſctōrū forma ē ⁊ exēplar. Et ideo tam de charitate
eius/ q̄ de charitate ſanctorū quaſi cōiūctim annotauim⁹. vt ex forma cha/
ritatis eius reſplendeat quomodo fideles anime ipam in charitate ſaltē a longe de
beant imitari. ¶ Et nota ꝙ dilectio dicit̄ quaſi duos ligans. diligētē videlicȝ rei B
quam diligit. id ē amantē amato. Eſt enim amor amantis et amati quaſi quedam
vnio potiſſimū in bonis. ⁊ naturaliter illud quod amat̄ in ſui naturā ſuū cōuertit
amatorē. Et hoc patet in ſaluatore. quē dilectio quā habuit ad gen⁹ hūanum fecit
colligare ⁊ vnire ſibi naturā hūanā. q̄n verbū caro factū eſt.

Dilexit maria dominū C

[Ex toto corde] Quia cor illi⁹ ad vllius rei dilectōem nō fuit inclinatū amplius q̄
dei. nec delectata eſt in aliqua ſpecie mūdi ampli⁹ q̄ in deo. omne bonū ſibi exiſti/
Maria dilexit dominū mans eſſe in deo. vt ꝑ his omnib⁹ diligeret ſolū deum.
[Ex tota aīa] Quia certiſſimū habuit animū in veritate. ⁊ firma fuit in fide. Vn̄ et
dictū eſt ei Luce.i. Beata que credidiſti ⁊c̄. Et iſtud etiā apparuit tp̄e dn̄ice paſſi
onis. Et nota ꝙ aliud ē amor cordis. aliud amor aīe. Amor cordis q̄dāmodo car
nalis eſt. vt etiā carnaliter deū amemus. ſed h̄ nō poteſt fieri niſi pri⁹ receſſerimus
ab amore oīs mūdialis rei. Amor ḡ cordis nō intelligit̄. ſed ſentitur in corde. quia
quodāmodo carnalis eſt. Amor aūt aīe non ſentit̄ in corde/ ſed intelligit̄. q̄r amor
anime iudiciū eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⸌ [Ex tota mente] Quia oēs ſenſus illiꝰ deo vacabāt. Eius intellectꝰ deo miſtrabat
Eius ſapiētia circa deū ꝯſabat̄. Eiꝰ cogitatō q̄ dei ſunt ꝑtractabat. Eiꝰ memoria
ea ſola q̄ bona ſunt recordabat̄. vt diceret cū aplō .i. ad Chor̄. xiiij. Pſallā ſpiritu/
Chriſo. pſallam ꝛ mente. Sic exponit chriſoſtomꝰ.
Aliter. Sapiētia ſedem habet ī corde. Vn̄ pꝛabo. ij. Siītrauerit ſapīa cor tuum ꝛc̄. D
Anima ꝑ volūtate ponit̄. Vn̄ Joh. xij. Qui odit aīam ſuā ꝛc̄ .i. ꝓꝑam volūtatem.
Dilexit ḡ deū trinitatē [ex toto corde] .i. ex toto eo qđ eſt ſcire q̄ ad filiuꝫ. [Ex tota
aīa] .i. ex toto eo qđ eſt velle q̄ ad ſpiritū ſanctū. [Ex tota ꝟtute] .i. ex toto eo qđ ē
poſſe q̄ ad patrē. vt hec tria q̄ neceſſaria ſunt in oīni bono oꝑe explēdo. ſ. ſcire. vel/
le. et poſſe. q̄ſi reſponderēt trinitati.
Aliter. Dilexit maria [dn̄m deū ſuū] Dilexit [dn̄m] cui debet̄ timor ꝛ ſeruitiū. ipm ca E
ſte ꝛ filialiter timēs. ꝛ ei ex puro amore ſeruiēs. Dilexit [deum] fide ꝑ dilectōeꝫ ope
rāte ī eū credēs. Dilexit [ſuū] eum ex amore ſollicite cuſtodiēs. q2 familiare ē cuili
bet quod ſuū eſt ſollicite cuſtodire.
Itē Dilexit [ex toto corde] oēs cogitatōnes cordis ī deū dirigēs. vł ad deū referēs. F
[Ex tota aīa] oēs affectōes aīe ad deū retorq̄ns [Ex tota mēte] oēm rōeꝫ hūanaꝫ
q̄ intelligebat ꝛ diſcernebat in reb⁊ diuīs occupās. [Ex tota virtute] in his iugiter
Iſidorꝰ ꝑſeuerās. Et ita nihil remāſit ī ea qđ n̄ ſubijceret̄ dilectōi diuīe Sic expōit iſidorꝰ
Itē dilexit [ex corde] q2 deꝰ īterꝑtat̄ vidēs. cui oē cor patet. Vn̄ .i. Regū. xvi. Hō vi G
det ea q̄ parēt. deꝰ autē intuet̄ cor. Dilexit [ex toto corde] q2 dn̄s. Quicq̄d eni ha/
bet ſeruus. dn̄i ſui eſt. Et h̄ q̄ ad q̄ttuor affectiōes q̄ ſunt. Amor. Nihil enī dilexit
p̄ter eū. Timor. Nihil enī timuit p̄ter eū. aut niſi ꝓpter eū. Dolor. Nihil enī dolu/
it niſi eiꝰ amiſſiōem. aut coꝝ q̄ ex ipo. Vn̄ dixit ei Lu. ij. Fili q̄d feciſti nobis ſic,
ego ꝛ pater tuus dolētes q̄rebamꝰ te. Gaudiū. Non enim gauiſa eſt niſi de ipo et
ipius recuperatōe. aut de his que ad ipm nouerat ꝑtinere.
Itē dilexit [ex toto corde] .i. ex toto intellectu. nullū in ꝯfeſſiōe diuinitatis errori locū H
relinq̄ns. [Ex tota aīa] .i. volūtate. nihil ei cōtrariū volēs. [Ex tota mēte] .i. me/
moria. nihil q̄ de eo minꝰ ſentiret remiſcēs. Et iſte triplex modꝰ diligēdi rn̄debat
trib⁊ p̄ceptis ꝓme tabule que ꝑtinēt ad dilectōem dei. Primū. Audi iſrł. dn̄s deꝰ
tuus deꝰ vnꝰ ē. Mar. xij. Huic rn̄det modꝰ diligēdi ex tota memoria ſine obliui
one. vt cogites vnū deū eſſe patrē ꝛ filiū ꝛ ſpm̄ſanctū. Scdm̄. Nō aſſumes nomē
dei tui in vanū. Huic rn̄det modꝰ diligēdi ex toto intellectu ſine errore. vt nomen
chriſtianū nō accipiat̄ in vanū. vt putet̄ eſſe factꝰ ꝑ quē oīa facta ſūt. Terciū. Me/
mento vt diē ſabbati ſanctifices. Huic reſpōdet modꝰ diligēdi ex tota volūtate ſi
ne ꝯtradictōe. vt ſabbatizes ab oꝑe ſeruili. q2 deꝰ p̄cepit.
Et notandū ꝙ moyſes Deutero. vi. et Matth. xxij. nō poſuīt niſi tria ī modo dilecti I
onis dei. Sed forte Lucas. x. attēdit q̄ttuor rōes ꝓpter q̄s diligēdꝰ ē deus. et pro
pter q̄mlibet ſuꝑ oīa. et ꝓpter h̄ poſuit q̄ttuor. Pria. q2 ē creator ad eſſe. Scda. q2
ꝯſeruator ī eſſe. Tercia. q2 creator ī bn̄ eſſe. Quarta. q2 glificator ī optīo eſſe. Vł K
q̄ttuor ad tria reducunt̄. vt illud mēbrū [ex totis virib⁊] referat̄ ad q̄libꝫ aliorum
triū q̄ſi modus. vt ſit ſenſus. Diliges dn̄m deū tuū [ex totis virib⁊] totius cordis.
[ꝛ ex totis virib⁊] totiꝰ aīe. [ꝛ ex totis virib⁊] totiꝰ mentis. [Ex toto corde] quia
dominꝰ. [ex tota anima] q2 deus. [ex tota mente] q2 tuus.
Aliter [Ex toto corde] .i. intellectu. vt oīnis intellectus tuꝰ ſubditus ſit intellectui de L
deo. [Ex tota anima] .i. tota volūtate. vt oīs voluntas tua ſubdita ſit volūtati di/
uine. [Ex tota mente] .i. tota memoria. Quod autē ſequit̄ [ex totis virib⁊] intelli
Augꝰ. ge vt ſupra. ¶ Augꝰ. [Ex toto corde] .i. toto intellectu ſine errore. [Ex tota anīa]
.i. tota volūtate ſine ꝯtrarietate. Ibi enī volūtas ſe totā colligit. vbi ei nihil eſt cō/
trariū. [Ex tota mente] .i. memoria ſine difficultate ꝛ ſine obliuiōe. Hec nō pn̄t ī/
Grego. pleri in via. ¶ Gregoriꝰ ſic. [Ex toto corde. ex tota aīa. ex tota mēte] .i. ſuꝑ oīnia.
Mgr̄ hu ꝛ eſt inculcatio ꝟborū q̄ ſignat excellētiā amor̄. ¶ Magiſter hugo d̄ ſctō victore
go d̄ ſctō ſic. [Ex toto corde] .i. deuotōe. quo ad ꝟgines [ex tota aīa] .i. diſcretōe. q̄ ad cōfeſ/
victore. ſores. [ex tota mēte] .i. ꝑſeuerātia. quo ad martyres.

Bernh. Itē btūs bernh. Dilige. lex toto corde .i. ſapiēter. Lex tota aīa .i. dulciter. Lex tota ꝟtu/ te .i. fortiter. Lex tota mēte .i. memoriter. Sic eteni dilexit maria ſapiēter ꝯ ꝯcupiſcentiā oc̄loꝝ. Qui enī diligit tpalia ei⁹ intellect⁹ auertit̄ ab eternis. Dulciter. cō/ tra ꝯcupiſcētiā carnis. Qui enī dulciter deū amat. omnē carnalē dulcedinem vene nū ſicut vere eſt reputat. ⁊ q̄cq̄d ſepat a deo. felle amari⁹ iudicat. dicēs de amatoribꝫ voluptatū. Fel draconū vinū coꝝ. Dicit etiā q̄ dulciter amat. Quā mag̃ multitudo dulcedīs tue dn̄e ⁊c̄. Fortiter. ꝯ timorē mundanū ⁊ humanū. Nihil timēs eos q̄ tpalia tollunt vl̄ corpus occidūt. Memoriter. ꝯ ſupbiā vite. q̄ enim diligit memoriter. dei iuſticiā recolit inceſſanter. q̄ p vna cogitatōne ſupbie p̄mū detruſit angelū in ignē gehēne. Vn̄. ij. Petri. ij. Si deus angel̄ peccantibꝫ ⁊c̄. Sic dilige/ bat iob dicens. xxxi. Semp q̄ſi tumētes ſup me fluct⁹ timui deū. ⁊ pondus ei⁹ ferre non potui. M

Maria dilexit N

Fortiter patrē. cui attribuit̄ potentia. ⁊ h̄ ex vi iraſcibili. implens illd̄ Ecc̄i. vij. In omni virtute tua dilige eum q̄ te fecit ⁊c̄.

Sapienter filiū. cui ſapientia. ex vi rationali.

Maria dilexit Dulciter ſpiritūſanctū. q̄ dulcedo eſt patris ⁊ filij. ex vi cōcupiſcibili. Unde ⁊ de ſpirituſctō dicit̄ ꝯcepiſſe. Sicut autē vna eſt ſubſtātia in tribꝫ pſonis. ſic ſingularis et vnica fuit marie dilectio in tribꝫ ꝓprietatibꝫ ſupradictis.

Memoriter humanitatē filij. cui dicit Iſa. xlix. Nunq̄d obliuiſci pt ml̄ier infantē ſuū vt nō miſereat̄ filio vteri ſui. ⁊ ſi illa oblita fuerit. ego tn̄ nō obliuiſcar tui.

Hec autē memoria q̄ ad nos referenda eſt ad chriſtū naſcentē. patientē. iudicantē. et elidit triplicem cōcupiſcentiā. O

Memoria naſcētꝭ ꝯcupiſcētiā oculoꝝ. qn̄ panniculis inuolut⁹ iacuit in pſepio.

Memoria patientis cōcupiſcentiā carnis que appetit delectabilia. qn̄ flagellat⁹ et confixus pependit in patibulo.

Memoria iudicantis ſupbiam vite. quādo deus franget omne ſupbū.

Item dilexit maria ſapiēter. qꝛ vnctio q̄ plena erat docebat eā de omnibꝫ. i. canonica Ioh. ij. Plena enī erat duplici vnctōe. i. chriſto q̄ interptatur vnctus. ⁊ gr̄a ſpūſſācti. Et nota q̄ dicit̄ q̄ hec vnctio docet de omnibꝫ. que ſunt ſimpliciter. vt ſpūalia et celeſtia. non q̄ ſunt ſm quid. vt tpalia ⁊ voluptates. P

Dilexit ſapienter

Id eſt. diſcrete. quia rationabile fuit obſequiū ei⁹. Sciebat enī ꝟgo prudēs q̄ honor reg̃ iudiciū diligit. i. diſcretōꝫ. ⁊ q̄ q̄cq̄d offert̄ ſacrificij. ſale ē ꝯdiēdū. Leui. ij. Q

Item Diſcrete vt ſup̄. Ipa ſiq̄dem fuit vas nouū. in q̄ miſſum eſt ſal in incarnatōe vnigeniti dei. ⁊ in ſale ſapiētia vl̄ diſcretio deſignat̄. iiij. Regū. ij.

Itē. Diſcrete. bona familiaria q̄ ei dn̄s faciebat fatue nō oſtendēs. ſed ſapiēter ab/
Dilexit ſapiēter ſcondens. Erat enī ml̄ier ſenſata ⁊ tacita. Ecc̄i. xxvi. cōſeruās et conferēs ī corde ſuo q̄cq̄d de filio dicebatur. Sciebat enī q̄ q̄ denudat archana amici. i. chriſti. ꝑdit fidem. Eccl̄i. xxvij.

Item Diſcrete. bona ſpecialia q̄ p dn̄o faciebat ī abſcōdito faciēs. Un̄ clauſa ī tha/
Bern. lamo inuēta eſt ab angelo clauſo ſup ſe oſtio patrē ſuū exorās. ſicut dicit btūs ber.
Grego. Gregori⁹. Sufficit iuſtis ab illo videri. a q̄ expectāt remunerari. Ipa etiā docet nos h̄ modo diligere. Un̄ filiū natū ſtatim occultauit ſub velamīe pānoꝝ. docēs nos occultare partū boni opis nr̄i. Ideo etiā moyſes tribꝫ mēſibꝫ occultabatur. Exo. ij. Menſis dr̄ a mene qd̄ eſt defectus. In nobis enī triplex eſt defect⁹. cor/ dis. oris. opis. Ideo q̄nto min⁹ boni lucramur. tāto magis neceſſe habem⁹ illd̄ occultare et ſollicite ꝯſuare. exemplo paupis mercatoris. q̄ quo min⁹ habet catali ſollicitius negociat̄.

Item Diſcrete. p omni obſeq̄o quod dn̄o faciebat ipm ſolū in p̄miū petēs. nō lau/ dem hūanā aut aliq̄d hmōi. q̄ſi diceret illud ad Phil̄. iij. Omnia reputaui vt ſter/
Aug⁹. cora vt chriſtū lucrifaciā. Aug⁹. Hoc fine ⁊ h̄ ſtudio colend⁹ ē de⁹. vt ſui cult⁹ ipe ſit merces. Nā q̄ colit deū vt aliō mereat̄. iā deū nō colit ſꝫ illd̄ qd̄ aſſeq̄ ꝯcupiſcit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Id eſt ſollicite. ne deum offenderet verbo vel facto. nutu aut ſigno. cogitatu aut deſiderio. vel hmõi. recolens illud michee. vi. Sollicit⁹ ambula cum deo tuo.

### Dilexit dulciter

R

Quia dulcedo generabaẜ in ea ex triplici recordatõe. miſericordie. grẽ et glie. Miſericordie. q̃ deus in ſanctificatõe ei⁹ remiſerat originale peccatũ. Gr̃e. q̃ ipam impleuerat ad oẽs ꝟtutẽ et omne op⁹ bonũ. Glie. q̃ ſperabat ſe remunerãdã ſup̃ meritũ.

Dilexit dulciter — Quia amaritudines p̃ſentꝫ ſeculi dulces reputabat. ⁊ inundatões maris q̃ſi lac ſugebat ꝓ amore vnigeniti ſui.

Quia quodãmodo dulcis viſa eſt ei anguſtia paſſiõis vnigeniti ſui. licet ei mẽte cõpaſſa ſit. ob deſideriũ ꝟtutis ⁊ ſalutis generis hũani. Vñ. Dulce lignũ dulces clauos. nõ ſolũ chriſto patiẽti. ſed ⁊ matri ꝯpatiẽti. q̃ ꝑ amaritudinẽ tormẽti ſciebãt genus hũanũ rediturũ ad dulcedinẽ ꝑadiſi. Unde Lu. xv. Epulari ⁊ gaudere oportebat ꝓ reuerſione filij ꝑdigi ad miſicordiã pijſſimi patris. Ibidẽ. Cõgratulamini mihi. q͛ inueni drachmã quã ꝑdiderã. Joh. xvi. Mulier cũ parit ⁊c. Qđ đ matre et filio p̃t intelligi. In paſſione ei⁹ filij pepit qđãmodo mater. q͛ tũc p̃mo ſenſit dolores puerpe. Vñ de ea p̃dictũ fuerat Iſa. lxvi. Anteq̃ꝫ parturiret pepit ⁊c. Quis audiuit vnq̃ꝫ tale. Sed hũano genere ꝑ paſſionẽ redẽpto. inferno ſpoliato. ⁊ filio ſuſcitato. iã nõ meminit p̃ſſure ꝓpter gaudiũ. Infra inuenies iſtud.

### Dilexit fortiter

S

In omni ꝟtute ſua eum qui ſe fecit diligens. Eccli. vij. et p̃ter eũ nihil timẽs Mathei. x. Nolite timere eos q̃ occidũt corpus ⁊c. Perfect⁹ enĩ timor dñi facit diligere fortiter. Vñ ꝓuer. xiiij. In timore dñi fiducia fortitudinis ⁊c.

Pro eo q̃ntaſlibet aduerſitates patiẽter ſuſtinens. iuxta illđ ꝓuerb. xij. Qui negligit damnũ ꝓpter amicũ i. chriſtũ fidelis eſt.

Pro aliq̃ aduerſitate ab ei⁹ amore nõ recedens. q͛ ſicut diciẜ ꝓuer. xvij. Omni tp̃e i. tam in aduerſis q̃ꝫ in ꝓſpis diligit q̃ amic⁹ eſt. Qui enĩ chriſtũ nõ diligit in aduerſis ſicut in ꝓſperis. amic⁹ nõ eſt.

Dilexit fortiter — Pro nulla aduerſitate nec etiã timore mortis ipm negãs aut deſerens. ſicut fecit petrus p̃ſumptuoſus. Et hoc manifeſte in paſſiõe apparuit. qñ fugiẽtib⁹ diſcipulis ſtetit imperterrita iuxta crucẽ. Joh. xix. Timor enĩ nõ erat ĩ charitate ei⁹. qm̃ ꝑfecte diligebat. i. Joh. iiij. Perfecta charitas foras mittit timorẽ.

Quia dilectio ei⁹ fortꝫ fuit vt mors. Cãti. viij. Quia ſicut morſ ñ moriẜ. ſic charitas ei⁹ nũq̃ꝫ excidit. Vñ diĉ filio Hiere. xxxi. In charitate ꝑpetua dilexi te. Impletũ ẽ enĩ in ea illud Eccli. xiij. Omni vita tua dilige deum.

Quia ſi fieri poſſet ẜm beneplacitũ diuine volũtatis mori ꝓ eo ⁊ cũ eo deſiderauit. nec vite ſue pepcit ꝓ dilectõe. ſicut nec fili⁹. Pro eo. vt dixiſſe viſa ſit cum dauid. ij. Regũ. xviij. Quis mihi det vt ꝓ te moriar fili mi ieſu. Cũ eo. q͛ et ſi animã ſuã nõ poſuit ꝓ redemptõe generis hũani. expoſuit tñ. ⁊ quod potuit fecit.

### Dilexit memoriter

T

Itẽ beata virgo dilexit memoriter. iuxta illđ Ecci. xxxvij. Nõ obliuiſcarꝫ amici tui ĩ animo tuo. Iſa. xlix. Nunq̃d p̃t obliuiſci mlier. vt ſup̃. Ideo etiã dicit ipa Canticoꝝ. i. Faſcicul⁹ mirre dilect⁹ me⁹ mihi. ĩter vbera mea cõmorabiẜ. Quaſi diceret. Dilect⁹ me⁹ mihi ſingulariter ⁊ ſpecialiter. ip̃e eſt faſcicul⁹ mirre. i. mltarũ amaritudinũ ꝯgregatio colligata vinclo tenacis memorie. ⁊ iſte faſcicul⁹ cõmorabiẜ inter vbera mea i. in corde meo. qđ eſt inter vbera cõcluſum. quia nõ poſſũ ei ñ ꝯpati. nõ poſſũ ei nõ ꝯmori. quẽ genui. quẽ lactaui. q̃ ꝓ me tot amaritudĩes tolerauit. Et h̃ q̃ſi ꝑſuaſiſſe videẜ ei fili⁹ Treno. iij. dicẽs. Recordare paup̃tatꝫ ⁊ tranſgreſſiõis mee. abſinthij et fellis.

V

Aliter vt expoſitio ꝯueniat tã marie q̃ꝫ fideli aĩe. Dilectus me⁹ q̃ diligit me ⁊ diligitur a me. mihi ipum amãti ⁊ paſſionẽ ei⁹ imitãti eſt faſcicul⁹ mirre ⁊ iſte faſciculus inter vbera mea ꝯmorabiẜ. Sũma ẽ. Tota ꝯgeries tribulationũ et paſſionũ dilecti mei q̃s ꝓ ſalute mea ſuſtinuit nũq̃ꝫ a memoria mea excidet. Dilect⁹ aũt marie ꝓprie fuit ei faſcicul⁹ mirre in paſſiõe. qñ mirra potat⁹ ẽ. ſicut diciẜ Mar. xv.



m

⁊ dederūt ei mirratū vinū ⁊c̄. ⁊ qn̄ de cruce ablatꝰ mirrā ⁊ aloe inunctꝰ ē. Joh. xix.
Sibi autē q̄ſi diſcretiue dicit ipm̄ fuiſſe faſciculū. imo maximā faſcē. plꝰ eni oibꝰ
ei ꝯdoluit. et oīs plaga triſticia cordis ē. Ecci. xxv. q2 plꝰ oib9 dilexit. Mirra eni
medicinal' eſt infirmis. iō dn̄s in paſſiōe quā ſuſtinuit ꝓ ſalute magni egroti .i. to-
tiꝰ mūdi vinū mirratū a militib9 accepit. Et nota ꝙ fidel' aīa ipm̄ appellat faſcicu- X
lū. nō faſcē. q2 leue ducit ꝓ amore eiꝰ q̄cq̄d laboris iminet ⁊ doloris. ⁊ q2 nō ſunt
ꝯdigne paſſiōes huiꝰ tp̄is ad futurā gl'iam q̄ reuelabit nobis. ad Ro. viij. Id eni
momentaneū et leue tribulatōis nr̄e ⁊c̄. ij. Chor. iiij. An nō faſciculꝰ cuiꝰ onꝰ leue
et iugū ſuaue. Mat. xi. Nō dico ꝙ leuis fuerit in ſe mort' aſꝑitas ⁊ amaritudo. ſ3
dura et ḡuis. Sed eiꝰ imitatio leuis ē diligēti. Ideo nō dixit ſimpliciter faſcicu-
lus mirre dilectꝰ meꝰ. ſ3 addidit mihi. q2 vere amāti nihil ē difficile. Ideo ⁊ dile-
Bern̄. ctū vocat. mōſtrās vim amoris omnē amaritudīs moleſtiā ſupare. Un̄ btūs bern̄.
ad monachos ſuos. Erit qn̄q3 nobis ingens cumulꝰ gl'ie. q̄ mō ē faſciculꝰ mirre.
Sequit' Inter vbera mea ꝯmorabit'. Hoc ad l'ram. qn̄ mater geſtabat eū in bra- Y
chijs ſuis. Inter vbera .i. in principali cordis mei ꝯmorabit' vſq3 in finē ꝯmo-
rabit' nunq̄3 inde recedēs. Vel ꝯmorabit' q̄ ad oēs circūſtātias paſſiōis. qd̄ oſtē-
dit' ꝑ colligatōem faſciculi. Ubera ſpōſe vl' marie aut fidel' aīe. ꝯpaſſio et ꝯgtula-
tio. Vel meliꝰ iuxta ſenſum l'r̄e. gratitudo ⁊ hūilitas. q̄ maxime ſpōſum detinent ⁊
delectāt. Eo enim ipō ꝙ nos tāt' bn̄ficijs indignos ꝑ hūilitatē ꝯgnoſcimꝰ. et ꝑ gti-
tudinē grās agere nō ceſſamꝰ. chriſtū nobiſcū inſeparabiliter ⁊ delectabiliter reti-
nemꝰ. q̄ dicit puer. viij. Delicie mee eſſe cū filijs hoīm. Ecōtrario nihil mag' fugat
⁊ elōgat ſponſum. q̄3 ſupbia ⁊ ingtitudo. Sponſa ḡ q2 inter ꝓſꝑa ⁊ aduerſa verſat'.
hūc faſciculū inter vbera ſua collocat. vt nec leta extollāt. nec triſtia deijciāt. Btūs
Bern̄. bern̄. Tu quoq3 ſi ſapis imitaber' ſponſe prudētiā. et hūc mirre tā carꝫ faſciculū d̄
principali tui pectoris nec ad horā patieris auferri. vt poſſis dicere ⁊ tu faſciculꝰ
mirre dilectus meus mihi ⁊c̄.

Aliter Faſciculꝰ mirre fuit chriſtꝰ in veteri lege. ſed inter vbera marie factꝰ eſt di- Z
lectus et ſuauis ⁊ dulcis. Sicut eni ſanguis in ſe horribil'. in vberibꝰ efficit' lac
qd̄ dulce eſt ⁊ delectabile ad videndū. ſic filiꝰ q̄ i lege erat terribil'. inter marie vbe-
ra factꝰ eſt mitis. Un̄ et ipa dicit' mater miſicordie. Cōmorabit' dicit. Et ꝑ ꝯpo-
ſitōem vocabuli deſignat' ꝙ maria nō ſoliꝰ filij eſt habitatio. immo totiꝰ trinitat'
et habitatio gaudioſa. Un̄ ꝓpter h̄ videt' ſic poſſe intelligi ille v̄ſus. Sicut letan-
tiū omniū ſc3 triū ꝑſonaꝝ habitatio eſt in te.

Charitas marie fuit AA

Inſepabilis. tanq̄3 ſpōſe ad ſpōſū. dilecte ad dilectū. matris ad vnigenitū. De hac
iſepabilitate dicit ipa canti. iij. Tenui eū. nec dimittā. Itē Can̄. viij. Dura vt iſer-
nꝰ emulatio .i. dilectio eiꝰ. q2 ſic infernꝰ quē ſemel r̄cipit nūq̄3 dimittit. ſic eiꝰ cha-
ritas nūq̄3 excidit. nūq̄3 dilectū dimiſit. Un̄ et potuit v̄e dicere filio illd̄ hiere. xxxi.
In charitate ꝑpetua dilexi te. Itē illd̄. ij. Regū. i. Sicut mater vnicū amat filiu3.
ita te diligebā. Itē illd̄ ad Ro. viij. Quis me ſepabit a charitate dei ⁊c̄. Tribulatō
an anguſtia ⁊c̄. Ibidē. Scio q2 neq3 mors neq3 vita ⁊c̄. ⁊ ponit. xi. adiectiua. Si
ḡ intantū dilexit regē ſuū miles regis. qūantū putas dilexiſſe filiū regē genitricē re-
gis. vtiq3 multo ampliꝰ.

Inſupabilis. Quod ꝑtinet ad diligere fortiter. Un̄ canti. viij. Fortis eſt vt mors BB
dilectio. dura vt infernꝰ emulatio. Qd̄ de charitate chriſti ꝑmo ⁊ ꝑncipaliter intel-
ligit'. Qui bn̄ fuit fortis vt mors. q2 ꝑ charitatē mori dignatꝰ ē. Joh. xv. Maiorē
charitatē nemo hab3 ⁊c̄. Et ne moreremur etern aliter. ſepata eſt aīa eiꝰ a corpe. qd̄
eſt mori tpaliter. Charitas etiā marie fortis fuit vt mors. imo fortior morte. q2
filiū intantū dilexit. et hūani generis redēptionē intātū optauit. ꝙ mori ꝓ filio vl'
ꝓ mūdi ſalute cū filio deſiderauit. ſicut dictū eſt ſup̄. In illis etiā eſt charitas fort'
vt mors q̄ mūdo moriūt' vt dilectio viuat in eis. Mors ei tollit tpalia. ⁊ aufert vſū
ſenſuū. Dura etiā vt infernus fuit emulatio .i. dilectio eiꝰ. q2 cōſtantiā eiꝰ nul-
la fregit violētia ꝑſecutionū ſicut qui in inferno ſunt nulla frāgi poſſunt. violētia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tormentorū. Itē de charitate dicit̄ paulo poſt. [Aque multe nō poterūt extinguere charitatē. nec flumina obruēt eā. Aq̄ multe] .i. oīmode penalitates q̄s ſuſtinuit ī filio [nō po. extin. cha.] marie ſcz. q2 ipi⁹ charitatis abſorbebāt̄ ardore. ſicut ardore ſolis vel ferri igniti abſorbet̄ aq̄. Unde de charitate ei⁹ dicit̄ Sap. xvi. [In aq̄] tribulatōis [que ignē extinguit] impfecte charitatis [ignis] .i. marie charitas [plus valebat] et aq̄ obliuiſcebat̄ extinguētis nature. Sequit̄ [Nec flumia] .i. impetus tribulationū q̄ntuſcūqz [obruēt eam] Immo q̄nto forti⁹ impulſa ē. tāto firmius ſtetit. q2 fundata erat ſup̄ firmā petrā. que ē chriſt⁹ Mat. vij. Itē Inſupabil'. q2 dilectio filij abſorbebat ī ea omnē aliā dilectōem. ſicut magn⁹ ignis abſorbet ignē cādele. Dilectio enī ignis eſt quē dn̄s venit mittere ī terrā Luc. xij. q̄ videlicz igne vehemētius inflāmauit aīam mr̄is ſue. Unde ꝛ ipa dicit Canti. v. Aīa mea liq̄facta eſt ꝛc. ſicut metallū duriſſimū p vehementiā ignis liq̄fieri poteſt.

Inſatiabilis. Quia charitas ei⁹ erat ille ignis de q̄ dicit̄ puer. xxx. Ignis ꝟo nūq̄ȝ dicit ſufficit. Guſtauerat enī quia ſuauis eſt dn̄s. q̄ dicit. Qui edūt me adhuc eſurient ꝛc. Eccli. xxiiij. Ideo ipa dicebat. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū. Sic ei fons viuus ſp ſcaturit aquas nouas. ſic fili⁹ eius q̄ eſt fons vite ei ſūmiſtrabat iugiter de ſeipo delectatōes nouas. imo etiā tota trinitas. cui⁹ erat tricliniū. Un̄ q̄dā dicunt q̄ viatrix ꝯp̄hēdebat. Sap. xviij. Uſq3 ī celū attingebat ſtans ī terra. C C

Singularis. Quia extra deū nihil q̄ſiuit dicēſ. Unā petij a dn̄o hāc reqrā ꝛc. Charitas ei ei⁹ erat vehemēs ꝛ bn̄ ordiata volūtas. ſic diffinit btūs ber. Aug⁹ d̄ domino. Quicq̄d mihi p̄ter illū eſt dulce nō eſt. q̄cq̄d vult mihi dare dn̄s me⁹ totuz auferat. et ſe mihi det. Qui enī diligit chriſtū pp̄ter tp̄alia que largit̄. nō eſt amor eius ſingularis. ſ3 adulterin⁹. Sicut meretrix diligit leccatorē et ei applaudit q̄ȝdiu habet q̄d det. nudū ꝟo expellit. ſic amator tp̄aliū diligit chriſtū. Un̄. Confitebit̄ tibi cū benefecerīs ei. De tali dilectōe dicit̄ pabo. xxvi. [Cū defecerint ligna] bn̄ficiorū tp̄aliū [extinguet̄ ignis] .i. dilectio ceſſabit. Itē ſingularis fuit ei⁹ dilectio. q2 nec ſimile habuit nec habitura eſt.

Bern. Aug⁹

Nobilis. nō tarda. non pigra. nō torpida. ſed velox. mouēs. et pmouēs. Un̄ concepto ſaluatore aſcēdit in mōtana cū feſtinatōe vt ꝯgauderet elizabeth. Fugit cuz filio in egiptū ad p̄ceptū angeli. Mat. ij. Retulit filiū in terrā iſrael Mat. ij. defūcto herode. Un̄ et deſignat̄ p ferculū ſalomōis. q2 omi agilitate ꝛ feruore animi ad q̄libet bona exercitia ſm̄ beneplacitū diuie volūtatis ſe circūferebat. De hac mobilitate btūs bern̄. Qui amat ardēti⁹. currit veloci⁹. et pueniet citi⁹. Et q2 ipa amauit ardenti⁹. vn̄ q̄ſi effrenate dicit. oſculet̄ me oſculo oris ſui. ꝛ tota die dicit ī cant. amore lāgueo. ideo cucurrit veloci⁹ oībus. et citi⁹ puenit ad brauiū vite eterne. ſtola immortalitatis vt credit̄ corpaliter iā induta. D D

Bern.

Inceſſabilis. i. pſeuerās. q2 charitas ei⁹ nunq̄ȝ excidit. q̄d de pfecta charitate intelligit̄. Un̄ ꝛ dicit filio hiere. xxxi. In charitate ppetua dilexi te. Sil'abat̄ ei ei⁹ charitas charitati filij. de q̄ Joh. xiij. Cū dilexiſſet ſuos q̄ erāt in mūdo. ī finē dilexit eos. Ad q̄d etiā ipe inuitat oēs fideles Joh. xv. dicēs. Manete in dilectōne mea. Itē Mat. x. Qui pſeuerauerit vſq3 in finē. ſaluus erit. Inchoantib3 enī p̄miū pmittit̄. ſed pſeuerātibus dat̄. ſicut dicit autoritas.

Fuit caritas marie

Feruens et calida. Ei⁹ enī dilectio calor ꝛ feruor eſt. Calor. Unde. Nō eſt q̄ ſe abſcōdat a calore ei⁹ Feruor. Feruēter ei diligit. ſic dicit btūs bern̄. q̄ ita ōbriat̄ amore q̄ n̄ cogitat maieſtatē. Sic diligebat maria cū dicebat. Oſculet̄ me oſculo oris ſui. Et in h̄ ꝟbo bn̄ apparet q̄ erat debriata. Si q̄ratur q̄ vino. ipa rn̄det Canti. .i. Botrus cipri dilect⁹ meus mihi. Grādis botrus ꝛ forte vinū. ꝛ ex multo potu fortis vini ſequit̄ ebrietas. Quāto magis enī deo q̄ ignis eſt p̄ximauit. tāto magis inflāmata eſt charitate. q2 ipſe deus charitas eſt. Ideo dicit btūs bern̄. Maria q2 plus omnib3 dilexit. ſingulare miraculū de⁹ pater in ea ppetrauit. Ideo etiā dicit ipa Canti. v. [Anima mea liq̄facta ē] p incēdiū charitatis. ſicut metalla liq̄fiunt p vehementiā ignis. Itē Can̄. ſm̄ aliā trāſlatiōem quā ponit grego. Uulnerata charitate ego ſum. ¶ Et nota q̄ ignis charitatis ſuauiter ardet. ſed nō ledit. accēdit E E

Bern.

Bern.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſed nō ꝯſumit. Uel nō ꝯſumit ad leſionē/ et ſi ad purgatōem. Culpā enī ꝯſumit ſi inuenit/ nō naturā. ſed eā purgat ⁊ fouet ⁊ nutrit. Sicut ecōtrario ignis ꝯcupiſcē tie nutrit ⁊ fouet culpā. ⁊ magna ex pte ledit ⁊ ꝯſumit naturā.

Penetratiua ⁊ acuta. Charitas enī intrat ⁊ penetrat. nec ceſſat donec veniat ad id qđ amat. Nō enī ſufficit ei ꝙ amet abſentē/ niſi poſſideat pſentē. nec ſatis eſt ei vt ſit cū deo/ niſi ſit ī deo. Nec magnū arbitraꝛ vt ducaꝛ ad oēm ꝟitatē/ niſi introdu/ caꝛ in oēm veritatē vt illi inhereat ⁊ ꝗntū poſſibile eſt vnū cū illa fiat. Uox enī cha ritatis ē iſta. Mihi adherere deo bonū eſt ⁊c̄. Talis vere fuit marie dilectio.

Inflexibilis ⁊ recta. Inflexibilis/ q᷑ ad aliud extra deū nō diuertit. Recta. qđ ideꝫ eſt. q᷑ deū dilexit ſine reflexiōe ad tpalia. Canti. i. Recti diligūt te. Incuruati alia. Rectus ē cuius intētio ad deū ꝓpter deū dirigiꝛ. Sūt eī ꝗ deū diligūt cū bn̄fece rit eis. vel vt bn̄faciat eis. ꝗꝝ dilectio et ſi tēdat ad deū. tn̄ reciprocaꝛ ad ipos. Et eſt talis dilectio ſicut faucille gallice. De ꝗbꝫ dꝛ Iſa. lix. [Semite eoꝝ incuruate ſunt eis] i. reflexe ad eos. ad ſuū ꝯmodū recuruate. Sequiꝛ in autoritate. [Ois ꝗ calcat in eis ignorat pacem.] F F

Moraliter. Aīa bona nō porrigit ſe ante/ vt pſentia bona ꝯcupiſcat. Nō retro/ vt ad ante acta mala ꝑ delectatōeꝫ reſpiciat. Nō dextroꝛſū/ vt in pſpis ꝑ incōtinentiā ſe effundat. Nō ſiniſtroꝛſū/ vt in aduerſis ꝑ impaciētiā excedat. Sed ſurſum pfert i cremētū ſuū. ſurſum habꝫ coꝛ. vbi chriſtꝰ eſt in dextra dei ſedēs. Et talꝭ aīa recte di ligit deū. ⁊ recte collaudat. quia rectos decet collaudatio. G G

Intēta ⁊ intima. Intēta/ q᷑ ꝑ amoris deſideriū ſꝑ in deū ꝑrexit. Intima/ nō ſuꝑ/ ficialis. q᷑ ad exterioꝛa nō effluxit. Talis enī charitas cōpatur pinguedini inoſſa te. Uñ Cāti. i. [Indica mihi quē diligit aīa mea] i. itima volūtas ⁊ affectio mea

Larga ⁊ ampla. Quia oīa que dei ſunt ⁊ dilexit ⁊ diligit. Saracenos. iudeos. chri ſtianos. Aliter tn̄ et aliter. Uñ ⁊ videꝛ dicere oībꝫ generibꝫ hoīm illđ ad Phil. i. [Teſtis enī mihi eſt deꝰ quomodo vos oēs cupiā i viſceribꝫ ieſu chriſti.] filij mei.

Affectuoſa et tenera. Tenerrime enī ⁊ affectuoſe afficiꝛ erga ea que dei ſunt. Unde legiꝛ inter cetā dixiſſe theophilo. ſe mlťū diligere genꝰ chriſtianoꝝ. maximeꝗ eos ꝗ recta fide et pura ꝯſcientia currūt ad templū ſuum. H H

Uiſo quomodo maria dilexit ꝑfecte deū trinitatē. reſtat videre quomodo di lexit filiū deum et hominē. I I

De chari tate ma/ rie ad vni gēitū ſuū

## Maria dilexit vnigenitū ſuum

Naturaliter/ et pluſꝗ̄ alia mater poſſet diligere natū ſuū. Solet enī dici ꝙ puer na turaliter plꝰ diligiꝛ ab illo pente cuiꝰ ſemē ſupabūdauit i cōceptu eius/ ꝗ̄ ab alio. Ideo naturaliter plꝰ dilexit maria filiū ſuū ꝗ̄ aliꝗ alia mulier. q᷑ totā carnis ſue materiā a carne materna traxit chriſtꝰ. Uñ marie dictū eſt Lu. i. Ecce concipies in vtero. i. ex cauſa intriſeca. nō ſicut alie mlꝛieres ꝗ recipiūt ab extrinſeco vñ con/ cipiūt. ſ. ſemen viri. Hoc idē figuratū eſt ꝑ hoc ꝓnomē te. qđ eſt diſcretiuū. vbi ſeꝗ tur. qđ naſceꝛ ex te ſanctū. Ex te ſola. nō ex te ⁊ ioſeph. nō ex te ⁊ viro. Ad ħ innuē dum dixit ei filiꝰ Joh. xix. [Mulier ecce filiꝰ tuus] totꝰ tuus. q᷑ tuꝰ ꝓnomen eſt diſcretiuū. De hac materia plura habuiſti ſupꝛa. libꝛo. i. ca. vij. titulo. benedictus fructus ventris tui. Et nota exēplum de duabꝰ meretricibꝫ ꝗbus ſalomō fecit iu diciū de puero quē dedit vere matri. iij. Regū. iij. Due iſte mlꝛieres/ ſynagoga ⁊ gē tilitas. Synagoga chriſtū ꝗſi diuidit/ dicēs ipm natū de ioſeph et maria. Uñ ca/ niꝛ. Erubeſcat iudeꝰ infelix. ꝗ dicit chriſtū ex ioſeph ſemine eſſe natuꝫ. Gentilitas vult ipm integrū ꝯſuari. credens ipm natū ex ſola virgine. ⁊ ideo illa ipm amiſit. et iſta cōquiſiuit.

Carnaliter in bono ſenſu/ qđ eſt diligere ex toto corde. vt ſupꝛa. Quia carnē chriſti tanta deuotōe. tāto ſtudio fouit et nutriuit. vt ad amorē carnis eius ab amore ꝓ/ prie carnis imo omnis carnis ſuſpenſa/ neceſſitatibꝫ vagiētis. eſuriētis. lactentis. creſcētis. et hmōi. omnes cordis ſui affectōes ſubſterneret. Immo ⁊ de ſua ſubſtā tia ipum honoꝛauit. Prouer. iij. que egreſſum de ſinu patris ventris hoſpitio ſu/ ſcepit. Nudum. i. purū deū/ carne virginea et pannis induit. Ei ꝑ ꝯſenſuꝫ đ carne K K

ꝓpria adminiſtrauit ꝯceptū. ⁊ de lacte ꝓprio nutrimentū. Scd̄m naturā aſſūpte hu/
manitatis. eſurientē pauit. lacte v̄gineo ſitientē potauit. infirmū ꝑ infantiā ⁊ iacentē
nō ſolū viſitauit. ſʒ etiā balneādo. fouēdo. leniēdo. geſtādo. freq̄ntauit. ceteraq̄ʒ oīa
ei humanitatꝭ obſeq̄a exhibuit. Compheſo tandē et crucifixo q̄ſi in carcere poſito
Anſelmꝰ — affuit. et cetera hmōi. Vn̄ ſub figura eiꝰ aut in ꝑſona eiꝰ dictū ē Luc. x. Martha
autē ſatagebat circa freq̄ns miniſteriū. Lege omeliā beati anſelmi. Intrauit ieſus
ī q̄dā caſtellū. Idcirco ꝯuenienter potuit ipi dicere [Defecit caro mea ⁊ cor meū]
et ideo tu [deus cordis mei pars mea] deinceps eris [in eternū.] Et ideo inter ce/
teras aues ꝯparari pt̄ ſpecialiter philomene. q̄ dicit̄ a philos q̄d eſt amor. ⁊ mene
q̄d eſt defectꝰ. q̄ſi deficiēs ꝑ amore. Vn̄ maria potuit dicere patri. Defecit in ſalu/
tare tuū anima mea ⁊c̄. Salutare patris ⁊ noſter ſalutaris. filiꝰ dei eſt. Itē Can.
ij. Fulcite me floribꝫ. ſtipate me malis. q̄ʒ amore lāgueo. Bene aūt lāguere ſe dicit
maria. vl̄ fidelis aīa. q̄ʒ q̄nto ſe ad amorē ſpōſi accēdit. tāto ab amore tpaliū lāgue/
ſcit. ſicut ſolet mos eſſe lāguentiū. vt illa faſtidiāt quibꝫ agit̄ vita ꝯmūis. Nec īfir/
mari ſed lāguere ſe dicit. vt notet̄ deſideriū ꝑſeuerās. quia lāgor dicit̄ q̄ſi lōgus an
Grego. — gor. Nec debet ſanari talis lāgor donec introducat̄ amica ī thalamū ſpōſi. q̄d v̄e
ꝯſtat de virgine gl'ioſa. Ideo ſup illud [amore lāgueo] dicit gregoriꝰ. Male ſana/
ta eſt anima q̄ vulnere charitatis nō languet.
Spiritualiter. q̄d eſt ex tota aīa. Quia ſpūs eſt deꝰ. Joh. iiij. Itē. i. ad Chorin. vi. LL
Qui adheret deo vnꝰ ſpūs eſt cum eo. vnitate. ſ. amoris et gratie. Vn̄ Lu. ij. di/
xit ei ſymeon. Et tuā ipiꝰ aīam ꝑtrāſibit gladiꝰ. Dicens [tuā ipiꝰ] vnā matris et
filij aīam inſinuauit. Hec enī vnio q̄ fit ꝑ amorē ſpūalis eſt. q̄ʒ amor ignis eſt qui
materiā ſibi coherētē ignit. ⁊ in ſui naturā ꝯuertit. Et q̄ʒ maria intimiꝰ omni crea
tura deo ꝑ amorē adheſit dicēs illi. adheſit aīa mea poſt te. ideo ſpiritualior omni
creatura effecta ē. Unde et appellat̄ aīa ⁊ nō caro. Prouer. xxv. [Aq̄ frigida aīe ſi/
tiēti] i. marie [nūciꝰ bonꝰ] i. gabriel miſſus ad eā [de terra lōginqua] i. de celo.
Viriliter. q̄d eſt ex tota v̄tute. Unde ⁊ deſignata ē ꝑ euā q̄ appellata eſt virago. Ge
neſis. ij. q̄ʒ de viro ſuo ſumpta ē. Maria autē virago. q̄ʒ de ipa ſumptꝰ ē vir ſuus.
q̄n. ſ. ex magnitudīe fidei ꝯſentiēs vt de ſua ſubſtātia fieret chriſtꝰ hō. r̄ndit. Ecce
ancilla dn̄i fiat mihi ſm̄ v̄bū tuū. Uirago etiā. i. viriliter agēs. vouēdo ꝓma v̄gi
nitatē. abſq̄ʒ omni p̄cepto ꝯſilio ⁊ exēplo. Unde in figura eiꝰ dictū eſt iudith. xv.
Tu gl'ia hieruſalē. tu leticia iſrael ⁊c̄. que feciſti viriliter. ⁊ ꝯfortatū eſt cor tuū eo q̄
caſtitatē amaueris ⁊c̄. Quere libro. i. ca. vi. titulo. bn̄dicta tu in mulieribꝫ. poſt me/
diū capituli. Multis etiā alijs modis egit viriliter. q̄d longū eſſet enarrare. Sed
maxime viriliter egit ⁊ viriliter dilexit in filij paſſiōe. ita vt ad titulū laudis eiꝰ et
gl'ie ſufficiat q̄ mentē eiꝰ tanta vis amoris accēderat. vt fugiētibꝫ diſcipul' oblita
ſexus fragil'. ipa cū lacrimis ⁊ aſtās cruci ⁊ ꝯdolēs moriēti. animā ſuā ꝓ filio ſuo
⁊ ſi nō poſuit. expoſuit tamē. Quis enī ſani capitis dicat ipam talē matrē a tali fi
lio tā dilectā. minꝰ dilexiſſe filiū ſuū vnigenitū ⁊ talē filiū. q̄ʒ dauid abſalō parri/
Hiero. — cidā. q̄ dicebat. ij. Regū. xviij. Quis mihi det vt ꝓ te moriar fili mi abſalō. Hiero.
Cuiꝰ acerbitate doloris afflicta. ⁊ pene crucis corde affixa. vtpote que plꝰ oībus
doluit quia plꝰ oībus dilexit. ꝓma ad monumētū currere nō potuit. licʒ poſtea vt
vere credit̄ freq̄ns et q̄n potuit nō defuit. Hec ſunt pōdera dilectōis marie. q̄ ꝑpō
derant omniū ſanctaꝝ aīaꝝ meritis ⁊ glorie.
Maria dilexit v/nigenitū ſuū — Cōmunicatiue ⁊ largiter. Charitas enī eiꝰ ad nos apparuit ī annūciatōe filij q̄n re M
ſpondit. Ecce ancilla dn̄i. cupiēs filiū ꝓcreare q̄ noſter ſeruus fieret. Et ideo ſe no M
minauit ancillā. q̄ʒ partus ventrē ſequit̄. Quod etiā innuit filiꝰ dicēs patri. Seruꝰ
tuus ſum ego. ⁊ filiꝰ ancille tue. Seruiuit enī nobis filius virginis de bn̄placito
matris vſq̄ʒ ad ablutōem pedū. imo vſq̄ʒ ad tolerantiā paſſiōis. q̄ʒ filiꝰ hoīs non
venit miſtrari ſed miſtrare. et dare aīam ſuā redēptionē ꝓ multis. Mat. xx. Ideo
⁊ nos matri ⁊ filio debemꝰ retributionē ſeruitij vt ad locū vnde exeūt flumia re/
uertant̄. Eccles. i. Unde ⁊ ipe dicit nobis Zacha. xi. Si bonū eſt in ocul' veſtris
afferte mercedē meā ⁊c̄. Sic etiā ⁊ merito pt̄ dicere ipa mater.

Item Cõmunicatiue. Qđ apparuit in natiuitate filij. qñ. ſ. cum a q̄ tãtas habebat AA
delicias / quẽ tenebat clauſũ in vtero / cũ gaudio pepit. vt ſuas tanq̃ vltra liberal
nobis ſine inuidia ɔmũicaret delicias. quas ſola poſſideret / ſi ex vtero ei⁹ fili⁹ na
tus nõ fuiſſet. Ideo dicit̃ Iſa. ix. [ Fili⁹ nat⁹ eſt nobis ] nõ ſibi. qꝛ meli⁹ nõ pote
rat ſibi naſci q̃ꝫ natus erat. Sed licꝫ beata ꝟgo ipſum ꝑmitteret exire de ventre.
excellẽter tamẽ retinebat in mẽte.

Item. Cõmunicatiue / qñ ipm natũ noluit ſibi q̄ſi ꝓpriũ retinere. ſed quẽ ſciebat
natũ ꝓ ſalute mũdi ɔmũiter. pannis inuolutũ velut panẽ in mappa reclinauit ĩ p
ſepio. Quaſi diceret boui ⁊ aſino. Ecce pabulũ veſtꝝ. fenũ. ſ. carnis filij mei. Vñ ⁊
deſignat̃ ꝑ illã mlierẽ que dedit filiũ ſuũ ad comedendũ. iiij. Regũ. vi.

Li. i. ca. ij. A. habet ɔſile. Itẽ Cõmunicatiue / q̄ndo ipm q̄dragesimo die pſentauit in tẽplo vbi totus cõueni
ebat mũdus. q̄ſi totũ mundũ volẽs de ipo mittere in poſſeſſionẽ ⁊ ſaiſmã. ⁊ ad op⁹
toti⁹ mũdi ſuſcepit cũ ſymeõ in vlnas ſuas. Sciebat ſiq̄dẽ q᷑ ſicut tulli⁹ dicit. nul Tullius
lius boni poſſeſſio iocũda eſt ſine ſocio. DD

Item Cõmunicatiue. qꝛ tanta fuit marie charitas ad nos. vt q̄ſi gaudẽter qđãmo
do ſuſtinuerit mortẽ filij. ⁊ cũ ipo deſiderauerit ſi neceſſe eſſet mori ob redẽptõez ge
neris hũani. Tũc eni ꝓpter nimiã charitatẽ q̄ dilexit nos. ad Ephe. ij. dedit vnige
nitũ ſuũ ꝓ ſcelere noſtro. ⁊ fructũ ventrſ ſui ꝓ pctis animaꝝ noſtraꝝ. Michee. vi. Ambro.

Quare maria ſtabat iuxta crucẽ ieſu. Vñ etiã ſtabat iuxta crucẽ filij. ſicut dicit ambro. nõ vt dolorẽ filij ɔſideraret. ſꝫ vt
ſalutẽ mũdi expectaret. Vel ad hoc forte venit ad crucẽ. vt filiũ videret mortẽ trã
ſitorie guſtaturũ. qui de torrẽte in via bibit. ſed in eternũ victurũ. quia reſurgẽs ex
mortuis iã nõ morit̃. ad Ro. vi. Vel ad hoc etiã venit vt videret ieſum. i. ſaluatorẽ
ſalutẽ hoim ꝓcurãtẽ / moriẽtẽ mũdo / ſed victurũ deo. Et hec videt̃ cã pſtantior. PP

Itẽ alia de cauſa ſtabat iuxta crucẽ ieſu mater ei⁹. Licꝫ eni certiſſime ſciret filiũ ſuũ
poſitũ in ſtatera cruc̃ pciũ eſſe ſufficiẽs ꝓ peccatis toti⁹ mũdi. tamẽ ſi q̄s calũniare
tur pciũ hoc min⁹ eſſe ſufficiẽs / pſto erat ſeipam impẽdere. dũ tñ ſic poſſet diuine
volũtati ſe ɔformare. Sic vẽditor pipis intantũ lucri auid⁹ eſt. q᷑ pipi poſito ĩ ſta
tera licꝫ ſufficiẽt̃. pat⁹ ẽ adhuc adijcere. ſi illũ ſine additamẽto emptorẽ viderit re
futare. Et h̄ pie intelligendũ / ⁊ ad intellectũ noſtꝝ referendũ eſt. Ad h̄ autẽ ſe inter
poſuit cruci ⁊ aq̄loni. ne diabolus ſignat⁹ ꝑ aq̄lonem poſſet eos impedire q̄ ve
nire vellent ꝑ fidẽ ad brachia ſaluatoris extẽſa / ſicut fecit latro dexter. ⁊ ſicut fecit
ſe videt̃ cẽturio ille ⁊ hi q̄ cũ eo erãt. q̄ vidẽtes ea q̄ fiebant dixerũt. Vere fili⁹ dei
erat iſte. Matth. xxvij.

De charitate marie ad nos. Tanta etiã fuit charitas ei⁹ ad nos / q᷑ ex q̄ filiũ ɔcepit ipm ꝓ mũdi ſalute pati deſide QQ
rauit. ſicut videt̃ velle ambro. Vñ ſecure dici pt et credi q᷑ ſicut dicit̃ de patre Io Ambro.
han. iij. [ ſic de⁹ dilexit mũdũ vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret ] ꝓ mũdo ⁊c. ſic ⁊ dici pt.
ſic maria dilexit mũdũ. i. pctores. vt filiũ ſuũ vni. daret ⁊c. ꝓ ſalute mũdi. Ideo eti
am dicit̃ Iſa. ix. [ Fili⁹ dat⁹ eſt nobis ] ſcꝫ a pr̃e. a mr̃e. a ſeipo. a ſpũſctõ. Si enim
abrahã intantũ fuit obediẽs / ⁊ voluntatẽ ſuã intantũ ɔformauit diuĩe volũtati / vt
filiũ ſuũ vnigenitũ quẽ diligebat yſaac voluerit ĩmolari. Geñ. xxij. nec tñ ꝓ mũdi
ſalute. q̄d credendũ exiſtimas de maria filia abrahe. Propter h̄ etiã de mr̃e ꝑdixe
rat fili⁹ Lu. x. Maria optimã ꝑtẽ elegit. ſ. ɔformare ſe ꝑ oĩa diuine volũtati.

Viſo de charitate marie ad vnigenitũ. videndũ reſtat de dilectõe ei⁹ ad ꝓximũ. RR
Matth. xxij. [ Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſꝫ ] i. ad fruẽdũ đo. ad vidẽdũ de
um. ad vitã eternã poſſidendã. Vel ſic. [ Sicut teipm ] i. grat̃ nõ ſymoniace. Se
ipm eni diligit hõ gratis / nõ ꝓpter aliq̄m vtilitatẽ quã inde cõſequi exiſtimet. Si
militer et gratis debet diligere ꝓximũ ſine ſpe alicui⁹ emolumẽti tꝑalis. Sic enim
diligit nos maria. que bonoꝝ noſtroꝝ nõ eget. et ſi eĩ diligit ſuiẽtes ſibi / nõ tamẽ
intorq̄t dilectõem illã in ꝓpriũ ɔmodũ / ſed in ɔmodũ iporũ. Et idcirco deſiderat
ipa vt ei ſeruiat̃. vt in nobis inueniat meritũ qđ retribuere teneat̃. Vel ſic dic̃ aug⁹

Aug⁹. Seipm diligit hõ id qđ eſt. nõ qꝛ ſibi ſit pater aut frater aut ſoror. ſimiliter ꝓximũ
debem⁹ diligere id qđ eſt. nõ quia nobis ſit pater aut frater aut aliq̄d. Vel [ ſicut
teipm ] i. ſicut te velles diligi. qđ duobꝫ modis neceſſe ẽ ĩpleri. ɔſeruãdo videlicꝫ

vtrāqꝫ partē iuſticie. Matthei. vij. Omnia q̄cunqꝫ vultis vt faciāt vobis hoīes.
et vos facite ill'. Hec eſt prima pars iuſticie. Scda Thobie. iiij. Qd ab alio odis
tibi fieri. vide ne tu aliqn̄ alteri facias. SS
Item tribus modis diligend⁹ eſt proxim⁹. Voto. verbo. ꝛ beneficio. ſcʒ corde. ore. ꝛ
ope. In voto notat̄ bonū deſideriū. vt ſcʒ ei deſideres q̄cquid boni tibi deſideras
In verbo notat̄ iſtructio. correctio. oratio. et hmōi. In beneficio. conſilij. auxilij.
ꝛ operū miſericordie exhibitio. De primo ad phil'. i. Teſtis mihi eſt de⁹ quō cupi
am omnes vos eſſe in viſceribꝫ ieſu chriſti. De ſecūdo. i. ad Theſ. v. Corripite in
quietos. cōſolami puſillanimes ꝛc̄. De tercio ad Gal'. vi. Alter alteri⁹ onera porta
te. et ſic adimplebitꝭ legē chriſti. Alter alteri⁹ onera portātes. ſunt ꝯſiliū ꝛ auxiliū
ſibi inuicē īpēdentes. Tribꝫ iſtis modis diligit nos maria. oē bonū nobis deſiderā
do. Pro nobis iugiter exorādo. tā ꝑ iuſtis ne cadāt. q̄ꝫ ꝑ peccatoribꝫ vt reſurgant.
Miſericordia aūt et beneficijs ei⁹ pleni ſunt celi ꝛ terra. nec ē q̄ ſe abſcōdat a ca-
lore eius. TT
Aliter. Diliges primū tuū ſic̄ teipm. Leui. xix. Diliges amicū tuū ſic̄ teipm. Septu
aginta dicūt primū. Ibi interlinearis [Sicut teipm] i. ex quo teipm. ſ. ex chari-
tatis affectu et effectu. Vel in q̄ teipm. ſ. in deo. Vel ꝓpter qd teipm. ſ. ꝓpter deuꝫ.
Vel ad qd teipm. i. ad gratiā in p̄ſenti et ad gl'iam in futuro. Vel quomodo teip
ſum. ſ. ſup̄ res ꝛ corpus ꝓpriū. ꝛ citra deū. Qui ſic diligit primū. legē adimpleuit.
Ro. xiij. In his duobꝫ mādatis tota lex pēdet et ꝓphete. Matth. xxij. Aug⁹ dicit
Aug⁹ q̄ noīe primi intelligit̄ oīs hō. Itē ſup illud Mat. xviij. et Lu. xvij. Si peccaue-
rit in te frater tu⁹ ꝛc̄. dicit Aug⁹. Quādo audiēte me fratri meo q̄ſq̄ꝫ facit iniuriā.
Aug⁹. abſit vt illā iniuriā a me putē alienā. Exemplū de moyſe. q̄ interfecit egiptiū iniu-
riantē fratri ſuo. Exod. ij.

De q̄ttuor cardinalibꝫ virtutibꝫ marie. Et primo de iuſticia marie. Ti. xviij.

Viſo de tribꝫ theologicis ꝟtutibꝫ marie. videndū eſt quō ī ſe habuit q̄ttuor A
cardinales ꝟtutes. ſ. iuſticiā. prudentiā. fortitudinē. ꝛ tpantiā. Habuit enī
iuſticiā qua filij ſui exēplo induta eſt vt lorica. Iſa. lix. Nam ſicut lorica im-
penetrabilis eſt ſpiculis et lanceis. ſic illius iuſticia et peccati īmunitas nullis tē-
ptatōibus q̄ iacula ſunt inimici vnq̄ꝫ potuit penetrari. Neceſſe aūt fuerat vt fortis
mulier indueret̄ hmōi lorica. cū ad hoc a deo p̄parata eſſet. vt adiutorio eius for-
tem illū qui ſuū atriū ſedule cuſtodiebat fortior ſupueniens. ſcʒ dei filius debella-
ret. Luce. xi. Nam tūc in manu femine tradidit de⁹ ſyſarā. Judicū. iiij. et. v. illius
ſcʒ vnice ꝛ hebree m'lieris. q̄ fecit ꝯfuſiōeʒ ī domo regꝭ nabuchodo. Judith. xiiij.
Sunt autē tres gradus iuſticie principales. ꝑ quos omnes in culmē virtutū aſcēdit B
beata virgo noſtra. Primus ſubijci maiori. Scdus nō p̄ferri equali. Terci⁹ ſubij
ci minori. Primus inchoat. Secūdus ꝓmouet. Terci⁹ cōſūmat Igit̄ maria nō
ſolū iuſticiā. ſed et omnē iuſticiā obtinuit. q̄ cū facta eſſet mater regis eterni et hoc
ſciret. nō dedignata eſt miſtrare elyzabeth. mater regꝭ. matri militis. Mater ſum-
mi dei. matri hoīs puri. Mater dñi omniū. matri ſerui empticij. Vnd dicit ei eli
zabeth. Unde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me: Mater ſaluatoris. matri
p̄conis. mater verbi ſūmi. matri vocis. Sed qd poſtmodū dictur⁹ erat dñs iohi.
potuit maria dicere elizabeth. Sine modo. ſic ei decet nos implere omnē iuſticiā.
id ē p̄fectam humilitatē. Matth. iij. Item quia in omnibꝫ cōſummatā iuſticiā ob-
ſeruauit. ideo figurata eſt ꝑ annā. cui⁹ vultus nō ſunt in diuerſa mutati. i. Regū. i.
ꝛ hoc iuſte. Nam anna grā. et ipa dicta eſt grā plena. Itē iuſticia reddit vnicuiqꝫ
qd ſuū eſt. et ipa angelo ſalutanti diſcretā reddidit reſponſionē. ſcʒ. Quō fiet iſtud.
Deo laudē et grarum actōnem dicens. Magnificat aīa mea dominū ꝛc̄. Hoīb⁹
ſufficientē inſtructōem dicēs Joh. ij. Qdcūqꝫ dixerit vobis facite. Itē ipa reddi
dit que ſunt ceſaris ceſari. ꝛ q̄ ſunt dei deo. Reddidit enī deū mūdo quē ꝑ euā mū
dus amiſerat. et mundū. i. amatores mūdi quantū in ſe eſt reddere deo nūq̄ꝫ ceſ-
ſat. ꝓcibus meritis ꝛ exemplis. Per ipam enī ſpecialiter factus eſt ꝛ deus mundi.
ꝛ mundus dei.

## De prudentia marie Titulus xix.

PRudētia eſt diſcretio boni et mali cū vni⁹ appetitu ⁊ alteri⁹ deteſtatōe. Alit A
Prudētia eſt mūdū et oīa q̄ in eo ſunt diuiorū ꝯtēplatōe deſpicere .⁊ omnē
(Macrobius) cogitatōez animi ī ſola diuia dirigere. Ita deſcribit macrobi⁹ prudentiā in
ſomnio ſcipiōis. In euāgelio math.xxv.de q̄nqꝫ prudētib⁹ virgib⁹ legit᷑.ꝑ quas
ſignant᷑ q̄nqꝫ prudētie.q̄s omnes repire eſt in maria.q̄ fuit ꝟgo prudēſſima. Cō
ſiſtit autē prudētia in mal' cauēdis.qꝛ facit aſtutū. Un̄ dn̄s hanc cōmēdat Mat
thei.x. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.

(Bern̄.) Prima autē eius prudētia .ꝙ ſibi cauit a mūdi vanitate. Un̄ inuenta ē ab angelo do B
mi ſedens vl' forte orās.ſicut dicit btūs ber̄. Nec in forib⁹ dom⁹ .ſicut illa ſalomo
nica mlier.puerbio .ix .ſed magis vt credit᷑ in ꝯclaui.ſciēs ꝙ in cūctis q̄ foris ſūt
dicet᷑ ve ve Amos.v.⁊ recolēs q̄d dine acciderit ex euagatōe.q̄ ideo corrupta ē.qꝛ
vaga. Gen̄.xxxiiij. Ideo aūt ſignata ē ꝑ ſarā vxorē abrahe latitantē in tabernacl'o
Gen̄.xviij.⁊ ꝑ ſarā filiā raguelis. Thob.iij.orantē in ſupiori cubicl'o domus ſue.
et ꝑ iudith.viij.q̄ clauſa manebat in cubicl'o.i.ī ſecreto oratorio cū puellis ſuis.i.
cogitatōib⁹ hūilib⁹ ⁊ mūdis. ⁊ affectōib⁹ ſanctis. Et ꝑ h̄ qn̄ gabriel angel⁹ ingreſ
ſus eſt ad eā.tūc angel⁹ magni ꝯſilij ingreſſus ē ad cor eius. quare dixit de eo ga
briel. Dominus tecū.

Scd̄a.ꝙ cauit ſibi ab euagatōe.cōtra h̄ qd̄ ꝯq̄rit᷑ ps. Cor meū dereliq̄t me. Propt C
hoc p̄cipue de ea p̄t illd̄ intelligi qd̄ dixerat dn̄s Oſee ij.[Ducā eam ī ſolitudinē]
animi ſcꝫ.[⁊ loquar ad cor ei⁹.] In ſolitudinē ducta erat a dn̄o.qn̄ ſola claudeba
tur in thalamo. Ad cor ei⁹ loquebat᷑ dn̄s ꝑ angelum dicentē ſibi. Aue gratia ple
na.⁊ cetera que ſequunt᷑.

Tercia.ꝙ turbata eſt ī ſua exaltatōe.exēplo dauid patris ſui.qui dicit .exaltat⁹.hu D
miliatus ſū ⁊ ꝯturbat⁹.cōtra h̄ ꝙ lucifer de ſua exaltatōe ſupbiuit.et contra eos q̄
ſuos adulatores ſecū tenēt in quoꝝ laudib⁹ gloriant᷑.

Quarta.ꝙ cogitabat d̄ ſalutatōe. Hoc inuenies paulo infra. Sic q̄dē qꝛ prudēs erat
ꝟgo.n̄ ſolū q̄d loq̄ret᷑.ſꝫ cui loq̄ret᷑.⁊ q̄d d̄ceret eā loq̄.ꝯſiderauit prudēt ⁊ diſcrete

Quita apparuit ī īterrogatōe ⁊ breui rn̄ſiōe. Parab.xvij. Qui moderat᷑ ſmōes ſuos
doct⁹ ⁊ prudēs ē ⁊c̄. Infra ti.xxxi.de ꝟbis ei⁹ īuenieſ hec oīa ad plenū ī medio ti.

Et nota ꝙ tres mlieres q̄ figurāt mariā ꝯmēdant᷑ a prudentia. Pria abygail.q̄ erat E
prudētiſſima ⁊ ſpecioſa.i. Regū.xxv.⁊ hec ꝑ prudētiā malū iminēs viro ſuo ⁊ do
mui ſue p̄cauit.⁊ dauid iratū ꝯ nabal ſtultū ꝟborꝫ ſuoꝝ ſubtilitate placauit. Et
nota ꝙ abygail interp̄tat᷑ pr̄is mei exultatio.qꝛ de ea exultāt pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſā
ctus.et ipa orādo impetrat a ꝟo dauid ne ſtatī interficiat nabal ſtultū ⁊ peſſimū.i.
gen⁹ hūanū. Scd̄a mlier thecuites.cui dixit ioab.ij. Regū.xiiij. Lugere te ſimu
la ⁊c̄.et hec malū qd̄ iā euenerat q̄ſi aboleuit dauid patri ſuo recōciliās abſalō fra
tricidā. Sic maria ꝟbis prudētib⁹ chriſto recōciliat homicidas fratrꝫ.i. ſpūs ſui.
Tercia mlier in abela.ij. Regū.xx.q̄ dixit ioab. Nunq̄d ſubuertere vis matrē ciui
tatū in iſrl'. Et hec caput ſibe q̄ ſeditōez mouerat ꝯ dauid ꝓiecit ad ioab.⁊ ciuitas
ſaluata ē. Sic maria ſub pedib⁹ ꝯtriuit barrabā.i.diabolū.q̄ ꝓpter ſeditōez quaꝫ
mouerat ī celo qd̄ eſt regnū veri dauid. ⁊ homicidiū qd̄ ꝑpetrauerat in ſeditōe qn̄
ſe ⁊ ſuos ꝯplices interfecit.vn̄ et dicit᷑ homicida a p̄ncipio. Joh.viij.miſſus eſt ī
carcerem inferni. Lu.xxiij.

Itē Glorioſa virgo prudētiſſima virginū habēs lāpadē ītegerrime virgitatꝭ.⁊ oleū F
miſicordie ī oīb⁹ vaſis ſuis. In vaſe cordis ꝑ affectū miſicordie. In vaſe manuū
ꝑ effectū. In vaſe oris ꝑ benignitatē oratōis.

### Maria fuit prudens

Prudēt cogitās q̄lis eſſꝫ āgelica ſalutatio. Cū ei ſub lege nl'a eſſꝫ mlier ſine maledi
ctōe vl' ſterilitatꝭ vt ꝟgines.vl' corruptōis vt mr̄es.merito cogitabat quō dicere
(Maria fuit prudens) Quia cū ſciret ſub lege nō eſſe plenitudinē gr̄e.qꝛ lex neminē duxit ad ꝑfectū.a d Heb.vij.mirabat᷑ quō plena gratia diceret᷑. Ltur ei. Aue.
Quia cū audiſſꝫ.ꝯcipieſ ⁊ pies.ꝯferebat ꝟba yſa.vij.dicētꝭ.ecce ꝟgo ꝯcipiet ⁊ pariet

filiũ.cum verbis angeli dicẽtis.ecce ꝯcipies in vtero ⁊ paries filiũ ⁊c̃. Certa ð fa
cto.ſed dubia de modo.
Ore vel ſmone. Quia certificata de mõ cũ dictũ eſſet ei.ſpũſſctũs ſupueniet ĩ te ⁊c̃.
fidẽ quã in corde habebat ore expſſit dicẽs. Ecce ancilla dñi ⁊c̃. Jtẽ prudẽſ ſmõe.
qꝫ cũ ſumma deuotõe poſtulauit qð ei ꝑmittebaṫ impleri.ſubiungens .Fiat mihi
ſm verbum tuũ.
Ope. Quia cõcepto filio dei ſpontanee et deuotiſſime ſe hũiliauit ad ſuiendũ eliza/
ſabeth.iuuẽcla ſcꝫ virgo mlĩeri veterane. Et ad h̄ morata eſt cum ea tribꝫ mẽſibus
Ambro. ſicut dicit Ambroſius in libro de ỽginitate.

## De fortitudie marie quere libro ſexto.

titulo nono.ꝙ maria mulier.

## De tẽperãtia vel modeſtia marie que

re titulo de ꝓprietatibus virginis.

De pauptate marie. Titulus xx.

PAuptate que eſt ꝯtritio ſpũs.i.hũilitas.non dubiũ paupriimã fuiſſe mariã. A
Hiero p pauptate etiã.i.abdicatõe tpaliũ. Vñ ⁊ mlĩerẽ q̃ſtuariã appellat eã hierony
mus.que cũ acu ⁊ fuſo vnde viueret ⁊ nutriret filiũ lucrabaṫ.vt de ea ad li/
terã videaṫ poſſe intelligi illꝰ ð puer.ĩ fi. Manũ ſuã miſit ad fortia.⁊ digiti eiꝰ app/
hẽderũt fuſũ. Et nota ꝙ licꝫ paupcula.nõ tñ legiṫ aliq̃d mẽdicaſſe.vel ꝑ tpalibꝫ ha
bendis filiũ exoraſſe. Et ꝙ paupima fuit ptꝫ ex h̄ ꝙ in ꝓpa ciuitate.i. bethleẽ. q̃
ex patre ſuo dauid ſibi q̃ſi iure hereditario debebaṫ.dei filiũ paritura hoſpitiũ nõ
inuenit.qꝫ vnde illud ꝯduceret fortaſſe nõ habuit.et iõ in diuerſoriuꝫ receſſit. ⁊ ibi
pepit ſaluatorẽ. Jn h̄ etiã ꝙ filio nato nõ habuit pelles q̃bꝫ eũ ĩ media hyeme opi
ret.ſꝫ inuoluit pannicuł. Jtẽ in h̄ ꝙ ipm nõ potuit ponere in lecto vel ꝯclaui. Vñ
reclinauit in pſepio . Jn h̄ etiã ꝙ fabro erat deſpõſata.ſicut dicũt iudei Joh.vi.et
tales fere vbiqꝫ paupes ſunt. Jn hac aũt tanta pauptate fuiſſe largiſſima ꝯpbaṫ. B
q̃ licet fuſum apphẽderit vt victũ q̃reret .tñ manũ ſuã apuit inopi.⁊ palmas ſuas
extẽdit ad paupem.nõ ſollicita de craſtino. Credendũ eſt ei ꝙ illi bti reges q̃ filiũ
eiꝰ celi regẽ ⁊ dñm cognouerũt.nõ modicũ ſed magnũ q̃d ei obtulerũt large. Vñ
dr̃ Mat.ij. Et apti ſ̃n burſis.ſꝫ theſauriſ ſuiſ obtulerũt ei munera.nõ munꝰ vni/
cũ. Et immẽſis etiã muneribꝫ munerauerũt ioſeph et mariã.ꝑut legiṫ in apocrifo
de infantia ſaluatoris. Dicũt tñ q̃dã ꝙ ideo dicit de magis .i.uenerũt puez cũ ma
ria matre eiꝰ.nõ cũ ioſeph.qꝫ diuia diſpoſitõe actũ ẽ vt qñ illi venerũt abſens eſſꝫ
Hilariꝰ ioſeph.ne de illo crederẽt chriſtũ eſſe natũ. Vñ ſup locũ illũ dicit hilariꝰ.ꝙ ioſeph
nõ legiṫ poſt natiuitatẽ chriſti vir marie dictꝰ.in q̃ innuiṫ ꝙ añ natiuitatẽ vir eius
dicebaṫ q̃ſi nutriciꝰ ad officiũ.ſꝫ poſt natũ puerũ nõ eſt dictꝰ vir.vt ꝑ h̄ inſinuareṫ
ꝙ ipo nato marie pueri ſolaciũ ſufficere poterat. Quid aũt de tãtis muneribꝫ fece C
rit maria q̃ circa ſeipam ſumptuoſa fuiſſe nõ crediṫ. Utiqꝫ manũ ſuã apuit inopi.
et oĩa in vſus expẽdiſſe crediṫ egenoꝝ.nec de viceſimooctauo purificatõis die q̃ ſe
q̃baṫ.nec etiã de craſtino curã gerẽs . Permaximũ eñi pauptatꝭ eiꝰ extitit augmẽ
tũ.ꝙ filiũ ſuũ ad tẽplũ deferẽs.vñ vnũ ſolũ agniculũ emeret nõ hẽbat.cũ tñ ĩ terra
ſancta multi agniculi inueniaṇṫ.⁊ ꝑ modico p̃cio habeaṇṫ. Quis ei dubitat ſi ag
nũ habere potuiſſet.q̃n iuxta p̃ceptũ legis Leui.xij.ipm cũ filio deuotiſſime ob/
tuliſſet.imo certe ſi lex p̃cipet et eos habere poſſꝫ.cẽtũ vł mille agnos. Legiṫ ei ibi
ſic. Cũ expleti fuerint dies purgatõis eiꝰ ꝑ filio vł ꝑ filia.deferet agnũ anniculũ ĩ
holocauſtũ. Cõpatiẽs aũt deꝰ pauptati mr̃is ſue ⁊ eã p̃uidẽs.ſubiũxit paulo poſt
Ambro. Qð ſi nõ inuenerit manus eius.nec potuerit offerre agnũ.ſumet duos turtures.
vel duos pullos columbe ⁊c̃. Ambroſius videṫ velle ꝙ vtrãqꝫ oblatõnem obtule/
rit.ſcilicꝫ turturis et columbe. Jtem forte propter pauptatem ſuã voluit deus ꝙ
deſponſaretur fabro .qui de artificio ſuo ſuſtentaret eam. Jtem cum chriſtus di/
cat. Ego egenus ſum et paup.et apl's.ij.ad Chorinth.viij. Sciti̇ſ grãꝫ dñi noſtri

ieſu chriſti.qm̄ ꝑpter vos egenꝰ factꝰ eſt cū eſſet diues.vt illiꝰ inopia diuites eſſe/
tis.patet ꝙ mater nō fuit diues ſʒ paup.vt filio aſſimilaret̃.Silr̄ cū ipe dicat mat.
viij.filiꝰ hoīs nō habet vbi reclinet caput ſuū.idem patet.

Itē Cū alie ſctē mulieres ſeq̄ntes dn̄m miſtrarēt ei de facultatibꝫ ſuiſ. vt dr̄ Lu.viij. D
patet ꝙ mater nō habebat vnde miſtraret ei.Que ⁊ ei libentiꝰ impēderet .⁊ ille am
plius eius miniſteriū acceptaret.

Itē rōe pauptatis ꝯpat̃ ipa ꝟge que modicū terre occupat. qꝛ ſi habuiſſet vbi caput E
ꝑpriū reclinaret./ibi multo libentiꝰ q̄ȝ caput ꝑpriū natū filiū reclinaſſʒ. Cōſtat au
tē ꝙ paup fuit ſpū.i.volūtate nō neceſſitate.cū filiꝰ eius cuiꝰ eſt terra ⁊ plenitudo
eius./nihil poſſet aut vellet ei negare.ſicut apparuit qn̄ ad nutū eiꝰ aquaʒ mutauit
in vinū. Joh.ij. Merito autē pauptatis lucrata eſt regnū celoꝝ .qꝛ ſicut dr̄ Luce

Bern.

vi. Bti paupes.qꝛ veſtꝝ ē regnū dei. Et nota ꝙ vnū martyrij genꝰ ē volūtaria pau
ptas. Vñ btūs bern̄. Mirabile martyrij genus ē volūtaria pauptas. Quid ei mi
rabiliꝰ.et qd̄ martyriū ḡuius.q̄ȝ int̃ epulas eſurire.⁊ inter pocl'a ſitire.inter veſtes
algere.pauptate p̄mi inter diuitias.q̄s oſtēdit mūdus.offert malignꝰ.deſiderat nr̄
appetitꝰ. Mirabile ē ignē tāgere et nō vri.ſpinas colligere et nō pūgi.lapides trā
ſire ⁊ nō ledi.ſunt eni diuitie.ignis ſpine et lapides.

Itē.Quia fuit amatrix pauptatis etiā in lege vbi tp̄alia ꝓmittebant̃./dicit̃ de ea apo/ F
cal'.xij.ꝙ habebat lunam ſub pedibꝫ eiꝰ.i.omnē gl'iam mūdi ⁊ oīa mutabilia ſub
affectibꝫ. Ideo dicit̃ mater pulcre dilectōis. Eccl.xxiiij.qꝛ in nulla p̄te fuit in ea a/
moꝛ terrenitatis .q̄ ſordidat animā et obſcurat .ſed deū amauit ante oīa ⁊ nihil cū
ipo. Et eſt hec pulcra dilectio./quam ipa emiſit in lucē./ſic mater filiū quē geſtabat
in vtero emittit in lucē in partu. Et ideo dr̄ mater pulcre dilectōis. Ideo dictū eſt
de ea Iſa.xi. Egredict̃ virga de radice ieſſe. Ieſſe qꝛ pater dauid.⁊ideo caput re/
gni./pt ſignificare populū iudeoꝝ. Radix illiꝰ populi erāt tp̄alia./qꝛ ꝑ terrenis fui/
ebant.⁊ in eis radicati erāt ⁊ fundati. Iſa.i. Si volueritꝭ et audieritꝭ me./bona ter
re ꝯmedetis. Ab hac radice egreſſa ē btā virgo ꝑ ꝯtēptū tp̄aliū. Ipa etiā erat virga
ꝯſurgēs ex iſrael. Nūeri.xxiiij.q̄ duces moab.i.res tp̄ales.q̄bꝫ regunt̃ f.lij huius
ſecl'i ſicut ſancti ſpū dei./ꝑcuſſit.dū oīa arbitrata ē vt ſtercora . Huiꝰ ꝟge aſcēſum.
⁊ deliciaꝝ affluentiā.et innitionē ſuꝑ dilectū Cañ.viij.mirabat̃ ſynagoga cū di/
cebat. Que eſt iſta q̄ aſcēdit de deſto.delicijs affluēs.innixa ſuꝑ dilectū ſuū: Quia
ipa ſynagoga deſcēdebat et delicijs indigebat.nā ſub mūdo p̄mebat̃.⁊ ei innitebat̃.
nec i celo ꝯuerſabat̃.ſed ſub ſole./vbi nō eſt niſi afflictio ſpūs. Eccl's.i.⁊.ij.

De diuitijs marie Titulus xxi.

Viſo de pauptate marie./videndū ē de diuitijs eiꝰ. Et p̄mo notādū eſt ꝙ ipa A
dicit̃ theſaurꝰ dn̄i. Unde Sap.vij. Infinitꝰ ē theſaurꝰ hoībꝫ.quo q̄ vſi ſūt
ꝑticipes facti ſunt amicicie dei.ꝑpter diſciplīe dona ꝯmēdati. Theſaurꝰ eſt
vbi diuerſaꝝ opū diuitie q̄ſi minutatim recludunt̃.vt q̄ſi ſimul ī vnū ibi cumulꝰ
repiant̃. Eſt autē theſaurꝰ nomē ex greco latinoq̄ȝ ꝯpoſitū.nā thes vl' theſis r̄po
ſitū vl' repoſitio greci dicūt.latini aurū.qd̄ iunctū ſonat.repoſitū aurū./vl' repoſito

Maria theſaurꝰ

riū auri. Maria ḡ theſaurus.qꝛ in ea vt in gazophilatio repoſuit dn̄s oīa dona ḡ
tiarū.meritoꝝ.virtutū et ꝓrogatiuaꝝ.donoꝝ et cariſmatū. Et de h̄ theſauro lar/
gitur ipe larga ſtipēdia ſuis militibꝫ et opar̄ijs. Et iſte ſūt diuitie q̄ addūt amicos
plurimos.ꝓabo .xix.ſcʒ deū angelos ⁊ homines ſanctos.

Dicitur etiā theſaurꝰ hic infinitus i.inexhauſtꝰ hoibꝫ i.ratōne vtentibꝫ q̄ q̄ B
vſi ſunt operantes ſm̄ ꝯſilia ⁊ exēpla eiꝰ ⁊ ad eius gl'iam ⁊ honorē participes facti
ſunt amicicie dei i.facti ſunt amici dei. Ipa eni dicit cū filio Joh.xiiij. Qui dili/
git me diliget̃ a patre et filio meo. Itē illud Joh.xv. Uos amici mei eſtis ſi feceri
tis ⁊c. ¶ Nota ꝙ q̄dā habēt mariā vel chriſtū in corde ꝑ dilectōem. Alij in lingua C
ꝑ laudem. Alij in codice ꝑ ſcripturā. Alij in manu ꝑ operatōem.ſine qua tria predi
cta non ſufficiūt.qꝛ ꝓbatio dilectōis exhibitio eſt opis. ⁊ iſti ſoli remunerabūtur.
Unde dicet̃ in iudicio Math.xx. Uoca oparios ⁊ redde illis mercedē ſuā. ⁊ ill'
ſolis. Propt̃ diſcipline dona ꝯmēdati i.ꝯmēdabiles facti deo ⁊ hoibꝫ ꝑpt̃ dona

diſcipline·que eſt ordinata moꝝ̄ correctio. quā docet exēpla marie. Uel ꝓpter fla-
gella diuine correctōis que in ſe cuſtodiūt ⁊ ſuſtinent patiēter. D

Maria theſaurus. quia theſaurus

Occultatꝰ et claudit. Et mariā inuenit angelꝰ clauſam in thalamo. nō ludētē ī platea
Sollicite cuſtodit. Et de maria dicit ps. Angelis ſuis deꝰ mādauit de te. vt cuſto-
diant te. Quere libro. xij. particl'a. i. verſu ſecundo de orto.
De ipſo confidit. Uñ Baruch. iij. Qui argentū theſaurizant ⁊ aurū in q̄ ꝯfidūt ho-
mines ⁊c̄. Et de maria dicit puer. vlti. Confidit in ea cor viri ſui.
Poſſidet cor poſſeſſoris ſui. Unō matth. vj. Ubi eſt theſaurꝰ tuus. ibi eſt ⁊ cor tu-
um. Similiter cor dñi ad mariā. q̄ eſt poſſeſſio eiuſ actiue et paſſiue. Paſſiue. Uñ
ipſa dicit puer. viij. Dñs poſſedit me in initio viaꝝ ſuarū ⁊c̄. Actiue. Uñ nato fi-
lio potuit dicere cū eua Geñ. iiij. Poſſedi hominē ꝑ deū.

Maria theſaurꝰ q2 theſaurus

De ipſo remunerant milites ⁊ ſerui. Quia filij merces fructꝰ ventris ꝟginalis.
Ex ꝑcioſis et multis et durabilibꝫ ꝯponitur.
Continue augmentat ꝓ poſſibilitate theſaurizantis.
Tempore neceſſitatis vtilitatis ⁊ honoris expendit.
Inde ꝓferunt a patrefamilias noua ⁊ vetera. Matth. xiij. In ipſa ſiq̄dē fuerūt the-
ſauri ſapiētie et ſciētie abſcōditi. ad Col'. ij. que in nouo vl' veteri teſtamēto inuenit
Per patrēfamilias intelligit ordo ꝑdicatorū.

Et Nota ꝙ tria ꝑncipaliter ſolēt theſaurizari. Aurum. ſ. et argētū. et lapides ꝑcioſi. E
In auro principaliter deſignantur charitas et ſapientia. virginitas et obedien-
tia. In argento ſonora ⁊ tinnula oratio vl' eloquentia. In lapidibus precioſis vir-
tutum vniuerſitas figurat.

Poteſt etiā maria dici theſaurꝰ vel gazophilaciū. i. vas vel locꝰ vbi reponunt diui- F
tie. chriſtꝰ ꝟo theſaurꝰ abſcōditꝰ in h̄ gazophilatio. Unde dicit ei Iſa. xlv. Uere
tu es deꝰ abſcōditus ſcȝ ī vtero ꝟginali. Hunc theſaurū virgo portauit abiēs vi-
ſitare eliſabeth. ꝟecūdia virginal' occultauit. iohēs clauſus in vtero ꝑſentiēſ eū ex-
ultauit. elizabeth publice manifeſtās exclamauit. Ipſa eſt enī vrna aurea ꝯtinens
hūc theſaurū. ad Heb. ix. in q̄. ſ. vrna repoſita fuerūt aurū deitatis. Uñ dic Cant.
v. Caput dilecti mei aurū optimū. Argentū mūdiſſime ⁊ cādide humanitatꝭ. igne
ſpūſſancti multipliciter examinatū.

Itē de ml'titudine diuitiaꝝ ſuaꝝ. q̄ ñ tꝑales. carnales. corruptibiles. ſecl'ares. ſȝ eter- G
ne. ſpūales. incorruptibiles ⁊ celeſtes fuerūt ⁊ ſunt et erūt. dicit marie ſpūſſctūs ꝓ-
uer. in fine. Multe filie ꝯgregauerūt diuitias. tu ſupgreſſa es vniuerſas. Uerſus
iſte ꝯtinet ſub l'ra Res. qδ interꝑtat ſapia. ꝑ quā ſolā ſpūales diuitie ꝯgregāt. Et
laudi marie ſpecialiter cōuenit. cui ſpecialiter dat ⁊ attribuit laus eccl'ie. cū ipſa ſit
honeſtiꝰ mēbrū ⁊ pulcriꝰ ſub capite ī toto corꝑe eccl'ie. ⁊ ꝑter gloſaꝝ ſeriē ſic expo-
ni pt de virgine gl'ioſa. Multe filie. ꝑ fidē ſine q̄ nemo ſaluat. Multe filie. i. ꝟ-
tutes angelice. qͥbꝫ ipſa dicit cāti. v. Adiuro vos filie hieruſalē ⁊c̄. Uel Multe fi-
lie. i. virgines ſacrate. Uñ in pſal. Mirra ⁊ gutta ⁊ caſia ⁊c̄. ex qͥbꝫ delectauerūt te
filie regū ī ⁊c̄. Uel Multe filie. i. penitētes aīe. δ qͥbꝫ dicit. Et filie tyri ī muneribꝫ
⁊c̄. Uel. Multe filie. i. anie ꝯfitētes pctā ſua ⁊ laudes dei q̄ ſunt filie iude. Uel
Multe filie. i. aīe ꝯtemplatiue. q̄ ſunt filie ſyon. i. ſpecl'atōis. De ꝑmis. i. virtu- H
tibus angelicꝭ dicit btūs bern̄. Uirgitas q̄dem in ea fuit q̄lis angeloꝝ. ſȝ ī corꝑe
fragili. qδ nō angelorū. Uñ ⁊ oīm diuitias ſupgreſſa euidentiꝰ euchit celeſtꝭ inſi-
gne originis. dū videmꝰ ab ea ⁊ angelicā ſilitudinē in regiōe diſſilitudis retineri.
⁊ gl'iam celebis vite ī terra ⁊ ab exule vſurpari. Hiero. Profecto ī carne ⁊ ꝑter car-
nem viuere. i. ꝑter vicia carnis. nō terrena vita ē. ſȝ celeſtis. Uñ ⁊ ī carne angelicā
gl'iam acq̄rere. maioris meriti ē ꝙ̄ habere. Eſſe enī angelū felicitatꝭ ē. Eſſe ꝟo ꝟgi-
nē ꝟtutꝭ. dū h̄ obtinere viribꝫ nitit cū gr̄a. qδ habȝ angelꝰ ex natura. Utrūqȝ tn̄
⁊ eē ꝟginē vl' angelū. nō terrena vita ē. ſȝ celeſtꝭ. Uirgitati aūt aliaꝝ annexa ē ſte-
rilitas ⁊ īſidiat ſupbia. ſȝ huiꝰ ꝟgitatē fugauit hūilitas. et decorauit fecūditas.

Bern̄.

Hiero.

De fecūdis. i. δ ꝟgibꝫ ſacratꝭ poteſt dici. ꝙ ſi ille ꝟgines. hec ꝟgo ꝟginū. que prima I

vouit virginitatē abſq; omni hūano p̄cepto ꝯſilio et exēplo. Vñ ꝛ hoc ne mēpro/
meruit vt ꝟgo virginū ſiue regina virginū deinceps vocaret. ꝛ ab ea oēs alie exem
plū accipiūt. hec autē a nulla. Et cū oēs alie ſint ſteriles a fructu carnali. hec ꝟgo
ſimul et mater. Et ſi alie ſint hūiles. hec eſt humillima. et q̄nto oib; hūilioꝛ. tanto
oib; ſublimioꝛ. qꝛ nec p̄mā ſimilē viſa eſt nec habere ſequentē.
Item. Si alie miſericoꝛdes. hec ē mater miſicoꝛdie. habēs q̄ſi duo vbera. q̄ debe/
mus petere iugiter ad ſugēdū. ſicut filij vbera matris ſue. Hec ſūt puritas carnis
ꝯtra luxuriā. ꝛ hūilitas mētis ꝯtra ſupbiā. Unde petim⁹. Nos culpis ſolutos mi
tes fac et caſtos. ꝛ ſic vitam p̄ſta purā.
Itē. Si alie plene bonis opib; q̄ alijs impēdant paupib;. tñ hec faciūt de aliena ſub K
ſtātia. Sed maria nō ſolū alicui paupi. imo ipi filio dei de quo illō ſpecialit expo
nit. btūs q̄ intelligit ſup egenū et paupem. oia impēdebat opa miſericoꝛdie de ſub
ſtātia ꝓpa. implēs illō puer. iij. Honora dñm de tua ſubſtātia. Et iō ſup oēs bñ/
dicta. Vñ dictū eſt ei Lu. i. Bñdicta tu inter m̃lieres. i. ſup oēs m̃lieres.
Itē Si alie ꝯmēdant de fide. hec m̃lto magis. que ad p̄mū v̄bū angeli credidit ꝙ i L
ſe poſſ; īpleri. qō nūq̄ʒ auditū fuerat. nec ī celo nec in terra. ſ. ꝙ poſſet ꝯcipe ꝛ parere
manēs virgo. Vñ et p magnanimitatē fidei reſpōdit. Fiat mihi ſm v̄bū tuū.
Itē Si alie ꝯmēdant de eo ꝙ anguſtiant p peccatis ꝓprijs. ſ. filie tyri qō interp̄tat M
anguſtia. hec m̃lto pl⁹ ꝯmēdanda ē ꝙ intātū ꝯpaſſa eſt mūdo pctōri ꝙ libētiſſime
cū filio ꝯpaſſa fuiſſ; p ſalute mūdi. Nā ſi p mūdo nō poſuit animā. expoſuit tamē.
ꝛ qō potuit fecit. ꝛ ad h̄ ſteriſſe credit iuxta filij crucē.
Itē Si alie. ſ. filie iude ꝯmēdant de ꝯfeſſione peccati ꝛ laudis. hec m̃lto digni⁹ can/
tat canticū diuie laudis. ſeq̄ns agnū q̄cūq; ierit. Nā pctā ñ habuit q̄ poſſ; ꝯfiteri.
Itē. Si alie ꝯmēdant de gratia ꝯtēplatiōis. ipius ꝯtēplatio vere ſingularis. Quere
titulo. xxxv. de ꝯtemplatōe eius.
Itē. Si alie pulcre ꝛ prudētes. hec pulcerrima m̃lierū. Canti. v. ꝛ prudētiſſima. deſi
gnata p abygail. q̄ erat prudētiſſima ꝛ ſpecioſa. i. Regū. xxv. Et ſic poteris aſſigna/
re de cariſmatib; omniū virtutū
Dicit ergo. [Multe filie] i. virtutes angelice ꝛ aīe ſctē [Congregauerunt diuitias] di/ N
uerſaꝝ v̄tutū ꝛ opeꝝ. meritoꝝ. p̄mioꝝ. [Tu] diſcretiue o btā virgo [ſupgreſſa es
vniuerſas] excellētia hūilitatis. v̄ginitate fecūditatis. ꝛ fecūditate virginitatis. Nā
virginitas nō excluſit ī te fecūditatē. nec fecūditas virginitatē violauit. qō eſt tibi
gl'ia ſingularis. [Tu ſupgreſſa es vniuerſas.] qꝛ ſicut liliū inter ſpinas. ſic amica
mea inter filias. dicit chriſt⁹ de maria. Cañ. ij. Siq̄dem ſpina licʒ flores pferat. li/
lio tñ incōpabilis ē. Ois autē hō ſpina. cui terra coꝛpis ſui ꝛ ꝯſciētie ſpinas germi
nat ꝛ tribulos. excepta v̄gine gl'ioſa. Vel ideo dicit maria vniuerſas filias ſupgreſ
Hiero. ſa. quia ſicut dicit hieronym⁹. ceteris p ptes data eſt gr̄a. marie v̄o ſe totā infudit
gratie plenitudo. Vel ſic. [Tu ſupgreſſa es vniuerſas] ꝛ h̄ tripliciter. p ſctificatōeʒ
qua depurata es ab om̄i feculētia terrene coꝛruptōnis. p cognitōis plenitudinē q̄
ab omni nubilo erroris. p ſummā ꝯtēplatōeʒ q̄ ab om̄i tumultu mūdane actōis.
Alit. [Multe filie ꝛc.] Preuidēs ſalomō dignitatē et excellētiā btē virgīs. v̄tutes q̄s O
alijs virginib; ſingillatim attribuit. illi vniuerſaliter ineſſe aſſerit dicēs. [Mlte fi/
lie] i. virgines. nō dicit oēs. qꝛ ſunt fatue v̄gines q̄ ꝯtinēt p laude hūana. Pruden
tes vero ſoli⁹ interioꝛis arbitri ocul' placere appetūt. Aſſigna quare dicitur filie.
[Cōgregauerūt] Ex ipa cōpoſitōne vocabuli vſū notat liberi arbitrij cū gr̄a. qꝛ
coadiutoꝛes dei ſum⁹. q̄ miſicoꝛditer opat in nobis velle et pficere. qꝛ nō eſt volē/
tis neq; currētis ſʒ dei miſerētis. [Diuitias] nō coꝛpales ſʒ ſpūales. [Tu] ſingula
riter ꝛ diſcretiue. [ſupgreſſa es vniuerſas] merito et p̄mio. Quia ſicut dic̄ hierony
Hiero. mus. Ceteris p partes dat gratia. marie ſe totā infudit gr̄e plenitudo. Unde dicta
eſt gratia plena.
Aliter. Per hoc ꝙ ſalomō ponit tp̄us p̄teritū dicēs [cōgregauerūt] videt h̄ debere in/ P
telligi de ſctīs mulierib; veteris teſtamēti q̄b; ipa figurat. q̄ diuerſ v̄tutib; claruerīt

**Commendatur**

Sara a fidelitate.ad Hebre.xi. Fide ⁊ ipa ſara ſterilis virtutē in conceptōe ſemīs
accepit. Sed maria fidelioꝛ ſara q̄ de ꝓmiſſo dubitauit. ipa ꝟo nō. Lu.i. Beata
que crediđiſti.quia nunq̄ de ꝓmiſſo angeli heſitauit.

Rebecca a ſpecioſitate. Gene.xxiiij. Que fuit virgo pulcerrima. Sed maria ſpecio/
ſioꝛ. Sapientie.vij. Eſt enim ſpecioſioꝛ ſole.

Rachel ab amabilitate. Gene.xxix. Quā diligens iacob ⁊c̄. Sed maria amabilioꝛ.
in qua cōſummatus eſt ille amoꝛ ꝑ quem reuocata ſunt antiq̄ odia. Propter hoc ī
canti.tam ſepe vocatᷣ dilecta.

Cōmendatur — Lya a fecūditate. Gene.xxix.et.xxx. Sed maria fecūdioꝛ.quia ⁊ ſi non genuit niſi
vnū.tm̄ in illo vno genuit ſalutē omniū. Mat.i. Ipe enī ſaluū faciet pplm̄ ſuū ⁊c̄.

Delboꝛa a ſapiētia. Unde ⁊ ꝓphetes erat ⁊ populū iudicabat. Judicū.iiij. Sꝫ ma
ria ſapiētioꝛ.que edificata eſt in domū ſapiētie. Prouerb.ix.

Heſter ab hūilitate ⁊ deteſtatōe glīe mundane.que dicebat dn̄o.xiiij. Tu ſcis ꝙ ab
ominer ſignū ſupbie ⁊c̄. Sed maria multo hūilioꝛ.cuius humilitatē reſpexit deꝰ.
⁊ ꝑ eam veterē deiecit ſupbiam diaboli.

Judith a foꝛtitudīe.quia occidit holofernē. Judith.xiij. Sed maria foꝛtioꝛ.q̄ con
triuit caput ſerpētis antiq̄. Gene.iij. Ipa conteret caput tuū ⁊c̄. Propter hec oīa ⁊
Hiero. mlta alia dicitᷣ Bn̄dicta īter mlieres.i.ſup om̄es mlieres.ſicut gloſat hieronymꝰ.

Item de mltitudīe diuitiaꝝ ſuaꝝ glīatur ipa.⁊ dicit cū ſapiētia ꝓuer.viij. Me/ Q
cum ſunt diuitie et glīa.opes ſupbe et iuſticia. Quaſi dicat ꝯtēnentibꝰ ſibi ſer/
uire ⁊ ſe diligere. Si amoꝛ meus nō mouet vos ad q̄rendū ⁊ diligendū me.ſaltez
cupiditas moueat vos.quia mecū ſunt diuitie ⁊ glīa. i.diuitie glīoſe.q.ſ.faciūt
poſſeſſoꝛes ſuos glīoſos. Tēpoꝛales aūt diuitie dicūtᷣ ſtercoꝛa.ad Phil.iij.vt ex
ipa vilitate vocabuli vileſcāt. Sed ſpūales diuitie.ſ.ꝟtutes.merita.⁊ bona opera
ſunt opes ſupbe.i.ſupeminētes.nō ima petētes. Un̄ ecclīe ꝓmittitᷣ Iſa.lx. Po
nā te in ſupbiā ſeclōꝝ. Itē ſupbe qꝛ dantᷣ illis q̄ vadūt ſupius.i.ſup ꝓpꝛiū ſenſuz
⁊ ꝓpꝛiam voluntatē. Propter h̄ dicit maria ſuo ſuo. Amice aſcēde ſupiꝰ. Lu.xiiij.
Iſte etiā diuitie exaltāt coꝛ a terrenis ad celeſtia. Ecci.xl. Facltates ⁊ ꝟtutes ex/
altāt coꝛ ⁊c̄. Et iſte diuitie acq̄rūtᷣ bona opatōe. Un̄ ꝓab.x. Manꝰ foꝛtiū diuitias
parat. Itē tales diuitie foꝛtes faciūt poſſeſſoꝛes ſuos. Parab.x. Subſtātia diuitꝫ
vꝛbs foꝛtitudīs eius ⁊c̄. Uel opes ꝟtutū dicūtᷣ ſupbe ab effectu.qꝛ faciūt ho/
minē ſupbū ſancta ſupbia q̄ eſt indignatio ꝯ vicia ⁊ pctā. Eccles.i. In mlta ſapi
Hiero. entia mlta indignatio. Iſa.lxiij. Indignatio mea ipa auxiliata ē mihi. Hierony.
Phūs Fili diſce ſctāz ſupbiā. Philoſophꝰ. Si ſcirē hoīes ignoꝛaturos ⁊ deos ignoſcitu
ros.adhuc peccare dedignarer. Et he ſunt diuitie q̄ addūt amicos plīmos.ſ.deū R
angelos et ſctōs. Parab.xix. Hec aūt ſancta ſupbia ꝓcedit ex adipe graꝝ.de q̄ in
ps. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatᷣ aīa mea. Un̄ Deute.xxxij. Incraſſatꝰ ē di
lectꝰ ⁊ recalcitrauit ꝯ vicia et peccata. Et iuſticia eſt mecū ſine qua cetera nō va
lent. His diuitijs ditāt.ſapiētia chriſtꝰ ⁊ maria ſeruiētes et amatoꝛes ſuos. Unō
ſubditᷣ paulo poſt In vijs iuſticie ambulo vt ⁊ tu ambules in vijs iuſticie ſi vis
occurrere chriſto.ſapiētie.vl marie.ī medio ſemitaꝝ iudicij.i.diſcretōis. Ad lraz.
Maria vias p̄ceptoꝛū ambulauit.filiū circūcidēdo.⁊ ipm̄ cū hoſtijs legalibꝫ ad tē
plū dn̄i deferēdo.et hmōi. Ambulauit etiā in medio ſemitaꝝ iudicij.i.ꝑ ſemitas
ꝯſilioꝛū cū diſcretiōe votū virginitatis emittēdo.⁊ eaſdē vias docuit nos exemplo.
Sequitᷣ in autoꝛitate Ut ditem diligētes me diuitijs ſupdictis q̄ replēt. Nā di
uitie tpales inaniūt. Et theſauros eoꝝ repleā.i.loca vbi diuitie reponūtᷣ.que
ſunt tres vires aīe. Precibꝫ enī matris replet dn̄s ratōnabilē ꝓfecta cognitōe ſum
me ꝟitatis.cōcupiſcibilē ꝓfecta dilectōne ſūme bonitatis.iraſcibilē ꝓfecta gloꝛiā
exultationis.

Nota ꝙ q̄druplices ſunt diuitie.tpales.ſpirituales.celeſtes.ſupceleſtes. S

Prime ſunt tpales.q̄s dat cōmuniter bonis et malis ille q̄ facit ſolē ſuū oꝛiri ſuper
bonos ⁊ malos ⁊c̄. Matth.v. Sꝫ filijs dantᷣ ad ſuſtētatōez.mal ad remūeratōez.

Un̄ Mat.vi. Receperūt mercedē ſuā. Propter hoc meli⁹ ē modicū iuſto ſup diuiti
as peccatorū multas. Jdeo orat ſalomō ꝓuerb.xxx. Mēdicitatē et diuitias ne de
deris mihi ꝛc̄. Stude ſup hac materia.
Secūde ſpirituales .i.dona ꝛ ꝟtutes q̄ poſſeſſores ſuos ꝟe faciūt diuites. Grego/
Grego. rius. Si vere fratres diuites eſſe cupitꝭ/ veras diuitias amate. De iſtꝭ dictū ē ſup
Tercie ſunt celeſtes.i.gaudia ꝑadiſi. Unde de iuſto. [Glia et diuitie ī domo eius]
.i.in ꝑadiſo vbi mēte habitat. Et talib⁹ diuitijs paſcit hō interior ꝑ ſpem. Un̄ pſ.
[Jnhabita terrā] viuētiū ſcꝫ [ꝛ paſceris in diuitijſ ei⁹] Ocul⁹ paſcit pulcritudine.
auris melodia. olfatus ſuauitate. guſt⁹ dulcedie. Jdeo dicit Jſa. lxiiij. [O, ocul⁹
nō vidit] quo ad ꝓmū [nec auris audiuit] q̄ ad ſcd̄m [nec in cor hoīs aſcēdit] q̄ ad
ſingula. Jdeo dicit. Quā magna mlt̄itudo dulcedinis tue dn̄e ꝛc̄.
Quarte ſunt ſupceleſtes.ſ.virtutes exēplares in deo. vt bonitas dei. miſicordia dei.
ꝛ ſic de alijs. Ad ro.xi. O altitudo diuitiaꝝ ꝛc̄. Has videre/ eſt ipas habere. Has
dabit nobis dn̄s/ qn̄ videbim⁹ regē in decore ſuo ꝛ ſicuti eſt.

De largitate et miſericordia marie  Titulus xxiij.

De largitate ꝛ miſicordia marie ꝯgrue pt dici/ ꝙ cū ipa ſit ſūme diues/ ſūme A
etiā liberalis. conſtat ꝙ ſūme larga ꝛ miſicors eſt. implens illd̄ Thob. iiij.
Quomodo potuerꝭ ita eſto miſicors. ſi multū tibi fuerit abūdanter tribue
ꝛc̄. Jtē Sapie.xi. dr̄ ei. Miſeris oīm qm̄ oīa potes ꝛc̄. Jtem ꝓuer.in fi. Multe
filie ꝯgregauerūt diuitias. tu ſupgreſſa es vniuerſas. Jtē Eccli.xiiij. Scd̄m vi/
res tuas exporrigēs/ da paupi ꝛc̄.i.perōri. Jtem Eccli.xxxv. Da altiſſimo ſm do
natū eius ꝛc̄. Altiſſimo enī dat/ qd̄ ꝑ honore ei⁹ ſuis paupib⁹ tribuit. Et nota ꝙ
dicit. ſm donatū ei⁹. Heſter.ij. dicit. ꝙ heſter habuit grām et miſericordiā ſup oēs
mulieres ꝛc̄. ꝑ quā ſignificat maria. Ergo ipa debet dare ſm grām et miſericordiā
quā accepit. iuxta illd̄ Eccli.xxxi. Jntellige q̄ ſunt ꝓximi tui ex teipo. Chriſt⁹ enī
aſcēdens in altū dedit dona homib⁹. Filiꝰ et maria vera ꝛ vnica filij imitatrix ex q̄
aſcēdit in celū/ dabit et ipa dona homib⁹. Siquidē nec facultas ei deeſſe poterit.
nec volūtas. Regina celorū eſt. miſericors eſt. Niſi forte aut nō credit fili⁹ dei ho/
norare matrē. aut dubitare quiſq̄ poteſt oīno in affectū charitatis trāſiſſe marie
viſcera. in quib⁹ ipa que de⁹ eſt charitas nouē mēſib⁹ corꝑaliter reqeuit. Un̄ ꝛ dici B
Maria regia miſericordie mus ei. Salue regina miſicordie. ꝯmemorātes ꝙ poſſit tanq̄ regina. ꝛ velit tan
q̄ miſericors nos iuuare. Secure q̄dem intrādū eſt in illā curiā vbi porta apta ē.
ꝛ intrātes null⁹ arcet oſtiarius. null⁹ cubiculari⁹ excludit. vbi omnes ciues ciui/
tatis illi⁹ vota noſtra ſuſcipiūt. Clamandū eſt igit iugiter ad reginā miſericordie.
Bern̄. qꝛ ſicut dicit btūs bern̄. Merito nō exaudit/ q̄ clamare diſſimulat. Regina ſiq̄dē
ſolet eſſe munifica. larga. et liberalis. Nec ſolū regina miſicordie quo ad potētiaꝫ
Mr̄ miſicordie miſerēdi. ſed et mater miſicordie appellat quo ad affectū miſerēdi. libenti⁹ creatu/
ris filij ſui miſicordiā exhibēs/ q̄ aliq̄ mater filijs vteri ſui. Unde dicit Jſa.xlix.
Nunq̄d pt obliuiſci mlr̄ier infantē ꝛc̄. vt ſup titulo.xvij. d̄ charitate. ibi. Maria di
Uas miſicordie lexit memoriter. Jpa eſt etiā vas miſicordie/ ꝓparatū a dn̄o in tp̄e miſerēdi quod
modo eſt. Un̄ et deſignat ꝑ heſter. que ꝓpata in tp̄e interp̄tat. Dicit etiā mater mi C
ſericordie. id ē chriſti. q̄ anthonomaſice dicit miſicordia. Unde pſ. Miſicordia
mea et refugiū meū ꝛc̄. Jdeo dicit q̄dam de hac matre. Ad quē refugiēt filij miſe/
rie/ ſi eos repellat mater miſicordie: Mater enī iſta oīa bona nobis vult ſicut ma
ter filijs. Unde et dicere videt chriſtianis illud ad Phil.i. [Teſtis enī mihi ē de⁹
Fōs miſicordie quomodo oēs vos cupiā in viſcerib⁹ chriſti] filij mei. Jpa etiā eſt fons miſericor/
die. qꝛ ſicut fons ꝑ ſubterraneos meat⁹ ſemꝑ recipit aquā et ſemꝑ refundit. ſic bea/
ta virgo fons et puteus ē aqꝝ viuentiū/ que a chriſto ad ipam. ꝛ ab ipa ad nos flu
unt impetu de libano.i.de cādore benignitatis vtriuſq̄. Non enī mater hec dedi/
gnat peccatores. ſicut nec bona mater filiū ſcabioſum. qꝛ ꝓpter peccatores factaꝫ
ſe recolit miſicordie genitricē. Ubi enī nō eſt miſeria/ miſericordia nō habꝫ locuꝫ
Nec poteſt eſſe tāta miſeria quāta eſt miſeria peccati. ergo nec tāta miſicordia q̄n
Grego. ta peccatorib⁹ miſereri. Gregori⁹. Quia ſemꝑ ſumus in miſeria/ ſemꝑ indigemus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

miſericordia. Ideo etiā ɔpatur lune. que inter oēs planetas terre ꝓpinquioꝛ eſt. D
Sic maria inter oēs ſanctos magis petōꝛibus cōdeſcēdit. qui deſignanſ ꝑ terrā.
Nam ſicut terra viliſſimū eſt elementū. ſic peccatoꝛ viliſſima creaturaꝝ. Ideo etiā
poſſunt ei dicere petōꝛes. ꝙ ꝓpter ipſos facta eſt ipa mater miſicoꝛdie. Niſi enī hō
peccaſſet. nō incarnareſ fili⁹ dei. nec ipa fieret mater dei. Reſtat ergo ꝛc. Propter
ħ curialiter dicit ei ꝗdam verſificatoꝛ. Feſtina miſeris miſereri virgo btā. Nam te
ſi recolis miſeri ſecere beatā. Ergo bea miſeros quoꝝ te cauſa beauit. Et ꝗdā ali⁹.
Nec abhoꝛre petōꝛes. ſine quib⁹ nunꝗ̄ foꝛes tāto digna filio. Si nō eſſent redi-
mēdi. nulla tibi pariēdi. redemptoꝛē ratio.
Item ꝓpter vtilitatē miſericoꝛdie eius compatur ipa ſoli qui vtilioꝛ eſt oīb⁹ creatu- E
ris ſub celo. ſic ꝛ illa miſicoꝛdia quā viſcera eius effuderunt in terrā. ſ. fili⁹ ei⁹. Ab
ipa etiā in celis regnāte cunctis fidelib⁹ miſericoꝛdia miniſtraſ. Que etiā ꝑma ī euā
gelio ꝓ homine legiſ filiū exoraſſe. Joh. ij. vbi dixit. Fili. vinū nō habēt. Quaſi di
ceret. Fili miſicoꝛdia tue pietatis ꝛ dilectōis indigēt hoīes ieiuni ꝛ aridi. vt illos
amodo diuine grē vinū letificet. quos acten⁹ legalis obſeruātie ſapoꝛ inſipid⁹ cō
triſtauit. Adhuc etiā chriſt⁹ aq̄s peccatoꝝ ɔuertit in vinū gratiaꝝ. ꝓcib⁹ et meritꝭ
matris ſue. et etiā aq̄s miſeriaꝝ in vinū cōſolationū. Poſtulat enī ꝓ nobis hec ma
ter gemitib⁹ inenarrabilib⁹. quādo ꝑ infuſionē gratie ſue facit nos gemere. et im-
petrare oꝛādo veniam delictoꝛū.
Item Maria naturaliter clemēs et miſericoꝛs eſt. et ei⁹ pietas ſemꝑ ſuſcipit incre- F
mentū. Unde ꝛ ei ſpecialiſſime ɔuenit illud Job. xxxi. Ab infantia mea creuit me
cum miſeratio. et de vtero matris mee egreſſa eſt mecū. Et nota. creuit. Ipa etiā
quantū in ſe eſt miſereſ omniū. q2 oīa poteſt. ꝛ diſſimulat pctā hominū ꝓpter peni
tentiā. Sap. xi. Itē Eccī. xxxvi. Speciosa eſt miſicoꝛdia ei⁹ in tpe tribulatōis. ſi
cut nubes pluuie in tpe ſiccitatꝭ. Et ɔparaſ miſericoꝛdia ei⁹ nubi. q2 velut nubes
miſericoꝛditer abſcōdit petōꝛes ab ardoꝛe ſolis. i. ab ira filij. et q2 obumbrat eis. et
ipos refrigerat ab eſtu cōcupiſcētiaꝝ. ꝛ velut pluuia quadā gratie fecūdat eos ad
bene operandū.
Item Rōne miſericoꝛdie appellaſ ipa ſtella maris. q2 lucem ɔſolatōis et grē ſummi- G
ſtrat in amaritudine ɔſtitutꝭ. Ubi enī eſt miſeria. ibi ſolūmodo miſicoꝛdia habet
locū. Nec mirū ſi de petōꝛib⁹ ſollicita ē. cū ꝓ eoꝛū ſalute illū ɔcepit q̄ nō vēit vo-
care iuſtos ſed petōꝛes ad penitētiā. Mat. ix. Ad hoc etiā deſignandū in hoꝛa q̄ ī
bethleem pepit ſaluatoꝛē. rome fons olei diciſ erupiſſe. et vſq; in tyberim defluxiſ
ſe. Roma ſiq̇dem ſꝑ fuerat q̄ſi q̄dam ſentina peccati. ꝛ ipa petōꝛib⁹ pepit illū q̄ ad
hoc natus eſt vt pctā tolleret mūdi. Ad hoc enī venit ipē. vt ſtabula coꝛdiū noſtro
rū emendaret. ꝛ ideo naſci voluit in ſtabulo. Uñ etiā deſignaſ ꝑ ioſeph. cui⁹ man⁹
in cophino ſeruierūt. ps. lxxx. Cophin⁹ vas eſt ad ſoꝛdes expoꝛtādas.
Itē ipa nō ſolum vna eſt de numero prudentiū ꝟginū ſed oīm prudētiſſima. habēs H
lampadē integerrime ꝟginitatis. et oleū miſicoꝛdie in oīb⁹ vaſis ſuis. In vaſe
coꝛdis ꝑ affectū. in vaſe manuū ꝑ effectū. in vaſe oris ꝑ benignitatē oꝛōis. Si au-
tem queraſ vnde ei tāta miſicoꝛdia. ſiq̇dē ex hoc ꝙ filiū dei in incarnatōe ſuſcepit
quaſi oleū. q̄ de pura miſicoꝛdia abſq; merito vlli⁹ in ea dignat⁹ eſt īcarnari. Sꝫ
ſicut vas in q̄ repoſitū fuit oleū. extracto oleo imbutū remanet et oleatū. ſic btā ꝟ-
go vas miſericoꝛdie a miſericoꝛde filio tota eſt oleata. Ipa etiā diciſ [ oliua ſpecio
ſa ī campis ] et oliue liq̇2 oleū eſt. Iſtud inuenies libꝛo. xij. particłā. vi. titulo. ij. de
arboꝛib⁹. vbi maria diciſ oliua. et li. i. ca. ij. de noīe marie. vbi diciſ. oleum effuſum
nomen tuū. Et bñ [ oliua ſpecioſa ]. i. omnimoda ſpecie ſpūali repleta. ꝑ miſicoꝛ-
diam q̄ eſt virtutū ſuaꝝ glīa. Uñ de ea diciſ Oſee in fine. Erit q̄ſi oliua glīa eius
ꝛc. [ In cāpis ] ꝓpter cōmunitatē. nā miſericoꝛdia ei⁹ et gratia ɔmunis eſt oīb⁹ in-
uocantib⁹ eā in ꝟitate. Quaſi dicat cū filio illud Joh. vi. Eū q̄ venit ad me nō eij
ciā foꝛas. Et ideo adoleſcētule. i. fideles aīe diligūt eā nimis. q2 oleū effuſū nomen
Quibus vaſis hec ei⁹. Ad ħ autē ꝙ oleū ſuū tibi infundat hec oliua. opoꝛꝫ vaſ vacuū te habere. Ipa
eſt enī illa mulier. d̄ q̄ legitur. iiij. Regū. iiij. q̄ vaſa vacua impleuit oleo ad ꝓceptū

oliua īfū-dit oleū ſuum | Phs

heliſei.i.chriſti.ſed plena nequaq̄ʒ.q2 ſicut dicit phus.fundit poti⁹ q̄ mittit ī plenū
Uaſa vacua ſunt corda vacuata ab amore terrenorū.et ab immūdicia mortal' pec
cati.lota et reſincerata p verā ꝯfeſſionē et lacrimaꝝ effuſionē.clauſa inferi⁹ p con
temptū tpaliū.aperta ſupius p appetitū celeſtiū.hiantia p gratie deſideriū.et capa
cia p pfunditatē hūilitatis et latitudinē charitatis.
Igitur vt paucis ꝯcludā.tanta eſt marie miſericordia.q2 ab ea null⁹ repellit̄.null⁹ I
excludit̄.null⁹ q̄ ei ſeruiat obliuiōi tradit̄.Omnes q̄ntū in ſe ē colligit.oēs ad ſe fu
gientes receptat ꝛ recipit.nulli deeſt niſi q̄ ei forte defuerit. Et ideo dicit ei btūs
Bern. bern̄. Sileat miſicordiā tuā vgo benedicta.ſi q̄s eſt qui inuocatā eam in ſuiſ ne
ceſſitatibꝫ ſibi meminerit defuiſſe. Nos q̄dem ſeruuli tui ceteris in virtutibꝫ ꝯgau
dem⁹ tibi.ſed in hac poti⁹ nobiſipis. Laudam⁹ virginitatē.hūilitatē miramur.ſʒ
miſericordia miſeris dulci⁹ ſapit. Hanc amplectimur carius.recordamur ſepius.
crebrius inuocam⁹. Idē loquens de miſicordia marie. Hec eſt que totius mūdi
repationē obtinuit.ſalutē omniū impetrauit. Conſtat enī p vniuerſo genere hūa-
no fuiſſe ſollicitā.cui dictū eſt. Ne timeas maria.inueniſti grām quam querebas.
Quis ergo miſicordie tue o bn̄dicta longitudinē.latitudinē.ſublimitatē.et pfun-
dū queat inueſtigare? Miſericordie enī tue lōgitudo.vſq3 in diē nouiſſimū inuo-
cātibꝫ eā ſubueniet vniuerſis. Latitudo replet orbem terraꝝ.vt veriſſime dici poſ
ſit.Miſericordia tua o dn̄a plena eſt terra. Sublimitas.ciuitatis ſupne inuenit
reſtaurationē. Profundū.ſedentibꝫ in tenebris ꝛ vmbra mortꝭ obtinuit redempti
onē. Per marie nāq3 miſicordiā celū impletū eſt.infernus euacuatus.īſtaurate rui
ne celeſtis hieruſalē.expectātibꝫ miſeris vita pdita data. Ideo de charitate ꝛ miſe
ricordia eius poteſt intelligi illud Iob.xi. Excelſior celo ē.et inferno pfundior.lō
gior terra menſura ei⁹.et latior mari.

Item Ratōe miſericordie appellat̄ ipa fons miſicordie.cui⁹ fontis ille ſe fecit ri K
uū de quo dicit ps. Deus meus miſicordia mea. Et iterꝫ. Miſicordia mea et
refugiū meum ꝛc. Et cui⁹ vniuerſe vie miſericordia et veritas. Nō enī vt dic̄ Au-
Aug⁹. guſtin⁹ q̄dam miſericordia et q̄dā veritas.ſed vniuerſe miſericordia et v̄itas. Cuꝫ
ḡ maria miſericordiā genuerit.q̄d aliud eſt ei⁹ vterus q̄ʒ ipe miſericordiaꝝ theſau
rus?ꝛ ideo dicit̄ mater miſicordie. O pulcerrima chriſti generatio.pus enī patrē
habuit miſericordiaꝝ.deinde matrē miſicordie. Quid ergo aliud ex his naſci po-
tuiſſet q̄ʒ miſericordia?
Item largitas marie imitat̄ et aſſimilat largitatē filij ſui q̄ dat ampli⁹ q̄ʒ petat̄. Un̄ L
Luce.xxiij. Cū peteret latro dexter vt haberet ſui memoriā.reſpōdit ei ieſuſ. Amē
dico tibi.hodie mecū eris in padiſo. Similiter ꝛ rebecca.q̄ interptat̄ multū acce-
pit.in figura marie helyeſer petēti aquā ad bibendū ſibi.reſpōdit Gen̄.xxiiij. Bi-
be dn̄e mi.q̄n etiā et camelis tuis potū tribuā ꝛc.
Itē Ratōe miſericordie ei⁹ dicit̄ ei Can̄.i. Oleū effuſum nomē tuū. Qd nomē effu- N
ſum ſi q̄s voluerit recolligere.palato ſuo ſaporē.vulneribꝫ ſuis medicinā. ucē te
nebris ſuis poterit inuenire. Nūq̄d mater miſicordie que plena eſt grā.nomē ſuū
cordis pcordijs innocantē poterit deſpicere? Nunq̄d eam vero corde ſalutātē po
terit aut volet repellere? Cū ſit enī mater regis regū.celorū regina.et dn̄a angelorꝫ.
ſi aliquē voluerit ſaluare nō erit ei q̄cq̄ʒ graue. Reginaꝝ libertas eſt.vt p ſcelerib⁹
ꝛ maleficijs quēpiā iam diffinitiua ſentētia ꝯdemnatū.etiā iā fune collo circūliga
tū.vel iā patibulo appēſum.vel iā caput ſup truncū gladio expoſitū.ꝛ iā capitali
ſentētia puniendū.vel quēuis huiuſcemodi morte plectēdū.ſi inq̄m regina ſupue
nerit.et adhuc vel ſpirantē.vel iā vltimū ſpiritū trahētē inuenerit.poſſit liberare.
Nō eſtimo reginā celoꝝ in regno filij ſui minorē iuriſdictōem habere.vel mino-
ribus puilegijs debere gaudere. Si nō facit deus grāde vel paruū qd nō reuelet
ſeruis ſuis pphetis. Amos.iij.q̄nto minus faciet ḡnde vel paruū qd nō reuelet
matri ſue. Gene.xviij. Non celare potero abrahā ꝛc. Ipa enī nouit aīe languēti ci-
bum in dulcedine pparare. Nouit vulnera circūligare. Nouit leui manu ſuaui at
tactu tumorē pmere.venenū eijcere.ſpem ꝛ certitudinē vite et longitudinis dierū

dare. Unde dicit. In me oīs gr̄a vie et veritatis. in me oīs ſpes vite ⁊ virtutis.
Item a largitate marie recipiūt peccatores multiplex beneficiū. A
Primū q̄ vſq̄ ad diē iudicij nō deſinit ſuccurrere. Uñ dicit. Uſq̄ ad futurū ſecu/
Bern. lū nō deſinā. Ideo dicit btūs bern̄. In anguſtijs. in p̄iculis. in reb⁹ dubijs. mariā
cogita. mariā inuoca.
Bern. Secundū q̄ nō ceſſat gr̄am p̄ditā reddere. Btūs ber̄. Cupiētes inuenire gr̄am ⁊c̄.
Terciū q̄ vſq̄ tūc naues. i. fideliū mentes vel aīas nō ceſſat ad portū ſalutis. q̄ eſt
paradiſus dirigere. quoniā ipa eſt ſtella maris.
Hiero. Quartū q̄ ſeruis ſuis in morte dignat̄ occurrere. Uñ hieronym⁹ ſcribit ad q̄ndā
v̄ginē. Qualis erit illa dies. cū maria mater dn̄i choris occurret tibi comitata v̄/
gineis ⁊c̄. Ideo de virginib⁹ dicit̄ q̄ exierūt obuiā ſpōſo ⁊ ſpōſe. i. christo ⁊ marie.

De pietate marie — Titulus xxij.

Bern. DE pietate ſeu c̄paſſione marie dicit btūs bern̄. ſup locū illū Joh. ij. Defici/ A
ente vino dicit mater ieſu ad eū. Uinū nō habent. Btūs ber̄. Cōpaſſa ē ei
verecūdie miſtroꝝ. ſicut miſicors et benigniſſima. Quid de fonte pietatis
p̄cedet niſi pietas? Nōne q̄ pomū tenuit in manu. reliqua parte diei pomi ſerua/
bit odorē. Quantū ergo viſcera illa v̄tus pietatis affecit. in q̄bus ipa pietas que
chriſt⁹ eſt nouē mēſib⁹ requieuit? Nam et ante mentē repleuit q̄ ventrē. ⁊ cū p̄ceſſit
et vtero ab anima nō receſſit.
Item Exemplū de electuario i pixide. quo extracto remanet odor. Itē q̄ ſemel ē im/ B
buta recēs ſeruabit odorē teſta diu. Ipa v̄o tāto magis imbuta. q̄ntomagis recēs
et ampli⁹ ſitiens. Ipa eſt enī valde c̄patiens. et ſup afflictos pia geſtās viſcera.
Itē. Si regina p̄ aliq̄ miſerrima p̄ſona deferret bachinū. nullus negaret ei elemoſi/ C
nā ſuā. Quid ergo ſi deuote rogares mariā vt colligeret tibi orōes in p̄adiſo p̄ or/
dines ſctōꝝ? Dicit enī q̄dam vir ſctūs marie. Scimus et credimus o dn̄a q̄m̄ te
orāte p̄ nobis ad filiū tuū omnes ceteri ſancti orabūt. omnes iuuabūt. te v̄o tacē/
te. nullus orabit. nullus iuuabit.
Item de miſericordia ⁊ pietate marie dicit ei fili⁹ ipaꝫ c̄mendās Can̄. iiij. Duo vbe/ D
ra tua ſicut duo hinnuli capree gemelli. q̄ paſcunt̄ in lilijs donec aſpiret dies ⁊ in/
Jobes d̄ abbatiſ/ uilla — clinent̄ vmbre. Duo vbera btē virginis de q̄b⁹ velut lac pie ſubuētōis dulcedo ſu/
git. ſunt affect⁹ pietatis ⁊ miſericordie. q̄ velut capree acuto lumine conſiderāt q̄s
et q̄nta indigeat ope. ⁊ p̄ talē c̄ſideratōnem accurrūt velociter vt hinnuli. et p̄pter
varios ſubuentionū modos p̄ hinnulos ſignāt̄. q̄ pulcra ſunt varietate diſtincti.
Dicunt̄ quoq̄ gemelli. ſ. ſociales ⁊ c̄ſimiles. q̄ꝛ valde ſunt ſibi c̄ſimilia et q̄ſi ex
vno fonte p̄deuntia miſicordie ⁊ pietatis op̄a. Dicit̄ autē q̄ iſti hinnuli paſcunt̄ i
lilijs. q̄ꝛ miſericordie ⁊ charitatis b̄n̄ficia que ingratis moriunt̄ et deficiūt. in illis
nutriunt̄ ⁊ p̄ficiūt q̄ p̄pter candorē caſtitatis et odorē bonoꝝ opeꝝ lilijs ſimilāt̄.
Hec autē vbera beate v̄ginis lac ſuū p̄pinare nō ceſſant tota iſta p̄ſenti vita [do/
nec] videlicꝫ [aſpiret dies]. i. donec veniat dies illa q̄ ad corp̄a de puluere reforma/
ta ſpirabit ſp̄m vite ⁊ vitā glie. [⁊ donec inclinēt̄]. i. deficiāt [vmbre] p̄n̄tꝭ miſerie.

De benignitate marie — Titulus xxiij.

Bern. TAnta ē ei marie benignitas. vt accedere ad eā null⁹ debeat formidare. Uñ A
btūs bern̄. in illo ſermōe de aſſumptōe. Signū magnū apparuit ⁊c̄. Quid
ad mariā accedere trepidat hūana fragilitas. nihil auſteꝝ in ea. nihil terribi/
le. tota ſuauis eſt. omnib⁹ offerēs lac et lanā. Reuolue diligenti⁹ euāgelice hiſto/
rie ſeriē vniuerſam. ⁊ ſi q̄d forte increpatoriū. ſi q̄d durū. ſi q̄d deniq̄ ſignū vel te/
nuis indignatōis occurrerit i maria. de cetero ſuſpectā habeas ⁊ accedere verea/
ris. Q, ſi vt vere ſunt plena magis oīa pietatis et gr̄e. plena māſuetudīs et miſe/
ricordie que ad eā p̄tinent inueneris. age gr̄as ei q̄ talē tibi mediatricē benigniſſi/
ma miſeratōe p̄uidit. in q̄ nihil poſſet eſſe ſuſpectū. Deniq̄ omnib⁹ oīa facta eſt.
ſapiētib⁹ et inſipiētib⁹ copioſiſſima charitate debitricē ſe fecit. oīb⁹ ſinū miſicordie
ap̄uit. vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi. captiuus redēptionē. eger curati/
onē. peccator veniā. iuſtus gr̄am. angelus leticiā. deniq̄ tota trinitas gloriā. filij

pſona carnis hūmane ſubſtātiā.vt nō ſit q̄ ſe abſcōdat a calore eius. Totis ergo
medullis cordiū.totis pcordioꝝ affectib⁹ mariā hāc veneremur.q2 ſic eſt volūtas
eius q̄ totū nos habere voluit p mariā. Ipa etiā in ſua manſuetudine ſuſcepit inſi
tū verbū potens ſaluare aīas. Unde dixit angelus de filio eius ioſeph viro ſuo
Mat.i. Ipe eni ſaluū faciet populū ſuū ꝛc. Hoc verbū nature eius fuit inſitū vl'
inſertū.docēs ꝙ verbū dei qđ nos impinguet ſuſcipiam⁹ in manſuetudinē.i.ad
Theſ.ij. Accepiſtis verbū ꝛc. Itē manſuetudo eius apparuit in filij paſſiōe.quā/
do nec irritauit.nec potuit irritari. Licz enim multa ſuſtinuerit.nūꝗ tamē ad irā
vel durū verbū ꝓuocata eſt.

## De ſuauitate marie — Titulus xxv.

Bern̄. DE ſuauitate marie btūs bern̄. Quid ad mariā accedere trepidet hūana fra/
gilitas.tota ſuauis eſt ꝛc.vt ſupra. Item Canti.vi.dicit ei fili⁹. Pulcra es
amica mea ſuauis et decora ꝛc. Quā ſuauitatez recolere et collaudare debe
mus iugiter.iuxta illud pſal. Memoriā abundantie ſuauitatis tue eructabūt ꝛc.
Propter hāc ſuauitatē dicit̄ ei ab eccl'ia.[Specioſa facta es]ad intuendū[et ſua/
uis]ad tangendū[in delicijs tuis ſancta dei genitrix.] Eſt ḡ maria ſuauis.i.mitis
ꝛ māſueta.cui⁹ charitas nō irritatur malis noſtris. Itē ſuauis.quia ipam nō in/
ueniūt peccatores ſcrupuloſā.vt ſupra. Quid ad mariā accedere trepidet ꝛc. Itez
ſuauis.i.boni odoris. Ipa eſt eni roſa in hiericho delicatiſſima ad olfaciendū. Si
cut etiā de filio eius dicit̄ in pſal.ꝙ ſuauis eſt dn̄s vniuerſis.ſic et dicēdū eſt ꝙ do/
mina ſuauis vniuerſis.

## De dulcedine marie — Titulus xxvi.

DE dulcedine marie hic notandū ꝙ generalis eſt et vniuerſalis. Un̄ de ea di A
tur Sap.viij. Nō habet amaritudinē ꝯuerſatio illi⁹.nec tediū conuictus
ipius.ſz leticiā et gaudium.

### Maria dulcis

Fructu.i.filio a quo potiſſima dulcedo ipius.quia a filio traxit omnē dulcorē. De
quo videlicz fructu dicit fidel' anima Can̄.ij.[Fructus eius]ſcz marie[dulcis gut
turi meo. Quere expoſitōem lib.i.ca.vij.titulo.bn̄dictus fruct⁹ ventris tui.circa
mediū capituli. Eccl'i.xi.[Breuis in volatilib⁹ apis]quia maria hūilior angelis ꝛ
omnib⁹ cōtēplatiuis.q̄ ſunt volatilia vtriuſq3 padiſi[et initiū dulcoris habet fru
ctus illi⁹.]cōtra h̄ ꝙ pm⁹ fruct⁹ eue habuit initiū amaritudinis.

Spiritu. Un̄ dicit Eccl'i.xxiiij.[Spiritus me⁹]creatus[ſup mel dulcis]Sic q̄dē
mel ꝯficit̄ ab apib⁹ ex dulci et amaro.q2 legit̄ ꝙ rex apum mittit apes ad mare.vt
inde afferāt aquas maris ſalſas.ꝛ ponāt cū dulcedine florū.et ſic ꝯficiāt mel ex dul
ci et amaro. Spirit⁹ vero marie nihil hab3 amaritudinis.ſz totū dulcoris. Sic
enim pixis cōtenti electuarij odorē retinet ꝛ ſaporē.ſic ſpūs beate virginis chriſti
dulcedinē q̄ in eius ventre nouē menſib⁹ reqeuit. Et licet ex ei⁹ vtero naſceretur.
nunꝗ tamē a ſpū eius vl' mente receſſit. Uel ideo ſpūs eius dulcis.q2 ſpecial' apo
theca ipius ſpūſſancti.q̄ dulcedo patris et filij ꝓprie nominat̄. Uel[dulcis ſuper
mel.]Nā trāſcēdit omnē dulcedinē mūdanarū ſeu carnaliū voluptatū. De q̄ melle
puer.v. Fauus diſtillās labia meretricis. Sed q̄ expti ſunt.illi ſoli nouerūt. Uel
[Spiritus me⁹]i.mea ſpūalis dilectio qua diligor et diligo[ſup mel dulcis]nā3
omnē excedit dulcedinē tēporalē.

Cogitatu. Unde dicit cū filio hiere.xxix. Ego cogito cogitatōes pacis ꝛ nō afflicti B
onis. Et ipa eſt illa pnceps de q̄ dicit̄ Iſa.xxxij. Princeps ea que digna ſūt prin/
cipe cogitabit. Eccl'i.xxiiij. A mari abūdat cogitatio ei⁹. Quere expoſitionē.iij.par
ticula libri ſecūdi.capitulo.ix.

Reſpectu. Un̄ oramus. Illos tuos miſericordes oculos ad nos cōuerte. Facies eni
eius plena eſt gratiarū. Heſter.xv. Propter hoc Canti.v.compat̄ ocl'i ei⁹ colum
bis que lacte ſunt lote.q2 reſpect⁹ ei⁹ pietatis et miſericordie dulcedine ꝑfuſus ē.
Propter h̄ etiā cōparatur flori roſe lilij ꝛ viole. Flos eni redolet et libenter aſpicit̄.
Sic et ipam libēter reſpicit ſpōſus. Un̄ dicit ei Can̄.ij. Oſtēde mihi faciē tuā.

Auditu. quia libẽtiſſime audit p̃ces peccatoꝝ ab ipis fideliter inuocata. Unde dicit
ei in pſ. Preparatõem cordis eoꝝ audiuit auris tua. Nota p̃paratõem. Uñ ip ſa
dicit cũ filio Iſa. lxv. Anteq̃ȝ clamẽt ad me exaudiã eos. Itẽ ꝓpter hoc dic̃ ei ſpõ/
ſus Canti. ij. Sonet vox tua in aurib⁹ meis. vox eni tua dulcis.
Olfatu. ſ. virginitatis ſue. ſignata p illã virginẽ que rinocerõti ꝓponit. quã ipſe rino C
ceros olfatu ſentiẽs et diſcernẽs ſponte miteſcit. ⁊ ſe reclinat in ei⁹ gremio ⁊ obdor
mit. Quere libro. vi. titulo. x. ꝙ maria virgo.
Anhelitu. Unde dicit ei ſponſus Canti. vij. Odor oris tui ſicut odor maloꝝ. Que
re libro. v. ti. xi. de anhelitu et ore marie. Unde dicit de olfatu et anhelitu ſuo. Si
cut cinamomũ et balſamũ aromatizans. odorem dedi ⁊c.
Guſtu. Unde dicit Qui edũt me adhuc eſuriẽt tanq̃ȝ cibũ ſaporis ꝑoptimi. Ipſa
eni eſt manna habens guſtũ q̃ſi ſimile cũ melle. Exo. xvi. Manna etiã abſcõditũ
qd vincenti ꝓmittit. Apocal. ij. Ipſa panis de celo p̃ſtit⁹ chriſtianis. ſicut exponit
Aug⁹. aug⁹. omne delectamentũ in ſe habens. ⁊ omnis ſaporis ſuauitatẽ. Quere lib. xij.
particula. v. ti. xiij. ꝙ chriſtus manna. in fine capituli.
Tactu. qꝛ tenet filiũ ne ſtatim feriat pctõres. Unde dicit Canti. iij. Tenui eũ nec di
mittã ⁊c. Quere libro. ij. particla. i. cauſa. xvi. Et h̃ figurabat qñ ligabat filio ma/
nus in cunabulis. Dulcis etiã tactu. qꝛ mater eſt miſicordie. et matrꝫ eſt ſuauiter
⁊ dulciter tãgere pueꝝ. Pueri ſunt pctõres. q̃bus ipſa nouit leui manu. ſuaui atta
ctu tumorẽ p̃mere. putredinẽ eijcere. vulnera circũligare. ſpem et ſecuritatẽ miſicor
die p̃ſtare. Et ideo dicit. In me omnis gratia vie et veritatis. in me oĩs ſpes vite
⁊ virtutis ⁊c.
Amplexu. Unde ad ſalutatõem. et amplexũ ei⁹ q̃ colligit ex picturis. facta eſt eliza/ D
beth ꝓphetiſſa. et exultauit iohẽs. Luce. i. Itẽ. Dulcis amplexu. i. ad amplexãduȝ
p dilectionẽ. Uñ puer. iiij. Glorificaberꝫ ab ea cũ eam fueris amplexat⁹ ſcȝ amo
re et ſeruitio quaſi duob⁹ brachijs.
Inceſſu. Unde dicit Ecci. xxiiij. In fluctibꝫ maris ambulaui ſcȝ cũ familiaribus
meis. vt ipos eripem a naufragio peccatoꝝ. Fluct⁹ maris. tẽptatões ſibi iugiter
inuicẽ ſuccedẽtes. quas patimur q̃ȝdiu v̾ſamur in mari hui⁹ ſeculi.
Statura vel ſtatu. Unde dicit Ecci. xxiiij. In omni terra ſteti. i. inuocantibꝫ me fi
Maria deliter p̃ſto ſemp affui.
dulcis Paſtu. paſcit eni affectũ noſtrũ. cũ ſit panis oĩs delectamẽti et mãna oĩs ſaporis.
Potu. potat vero intellectũ noſtꝝ aqua ſapientie ſalutaris.
Lingua. Unde dicit ei Canti. iiij. Mel et lac ſub lingua tua i. in v̾bis tuis dul E
cedo omnimoda. lingua eni loq̃mur. Uel ſic. Spiritualis dulcedo v̾boꝝ tuoꝝ
trãſcendit mellis et lactis omnẽ dulcedinẽ corpalẽ. Uel ſic. Per mel dulcedo inti/
me ſapientie. que p eam dat maioribꝫ. p lac gratia doctrine ſimplicis que competit
minoribꝫ. Uel Mel et lac ſub lingua tua i. in meditatõe cordis dulcedo ſingula
ris. qd ei datũ eſt a melle diuinitatꝫ filij. et a lacte humanitatis eius. Bene ſub lin
gua. quia nõ cuilibȝ patet. ſed illis ſolũmodo quibꝫ datũ ẽ experiri. Uel ſic Mel
et lac ſub lingua tua i. in vtero tuo de⁹ et homo. qꝛ in momẽto quo ꝓtulit ex ore.
ecce ancilla domini fiat mihi ſm verbũ tuũ. cõcepit deũ q̃ p mel. et hominẽ qui p
lac figuratur.
Iſidor⁹ Labijs. Uñ dr ei cãti. iiij. Fau⁹ diſtillãs labia tua. Fau⁹ ſm iſid. dr a fage grece qd F
ẽ comedere. Et maria dicit Qui edũt me adhuc eſuriẽt. illecti dulcedie ſaporꝫ mei.
Recte labia marie ꝯpant fauo diſtillãti. Nã ſicut fauus melle⁹ attactu leuiſſimo di
ſtillat ipm mel. ſic ꝯ pleiſſima redũdãtia dulcedis ei⁹ accipiũt vniuerſi ſitiẽtes ipaȝ
tãgere. fide plena. dilectõe ſincera. orõe deuota. Et nota ꝙ fauus etiã ſine tactu vl
motu aliquo tũc diſtillat. qñ plus habȝ mellis q̃ȝ capiat theca ei⁹. Maria ſiq̃dem
ad menſurã bonã. et cõfertã. et coagitatã. et ſupeffluentẽ accepit i ſinu ſue charita
tis ⁊ hũilitatꝫ de melle celeſti. qd ẽ gr̃a dei. Qd deſignabat p h̃ ꝙ poſtq̃ȝ dictũ ẽ ei.
aue gr̃a plẽa. ſubiũgit. Spũſſctũs ſupueniet i te. Ad q̃d g̃ i plenam gr̃a ſupueniſſet
ſpũſſctũs. niſi vt eã faceret redũdare. Diſtillãs i. inq̃m. q̃ſi in diuerſas ptes ſtillãs.

Supra ad angelos./ꝙ ꝑ partũ eius ſunt reintegrati. Infra ad captiuos./ꝙ ꝑ ipaꝫ ab inferis ſunt extracti. Dextrorſũ ad iuſtos./ꝙ donis grẽ ꝑ eam ſunt illuſtrati. Siniſtrorſum ad iniuſtos./ꝙ ꝑ eam ſũt iuſtificati. [Labia tua] hoc dicit̃ habito reſpectu ad illud reſpõſum quo ſaluatꝰ eſt mũdus. ſcꝫ. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm ꝟbum tuũ. Quere ſupra libro. ij. ꝑticla. ij. vbi diſtinguit̃ quõ nobis ſeruiuit de ſingulis mẽbris ſuis. ca. vi. vbi agit̃ de labijs. Hãc etiã dulcedinẽ traxerũt labia eiꝰ a labijs vnigeniti ſui./qñ videlicꝫ deoſculabat̃ eũ vt mater paruulũ. et ipſe filiꝰ ſatiſfaciebat illi materne petitõi. Oſculet̃ ꝗ me oſculo oris ſui. Quere libro. v. de pulcritudine eius. titulo. x. ꝛ. xi. vbi agitur de labijs.

\Verbis. Parab. xvi. [Fauus mellis ꝟba ꝯpoſita. dulcedo aĩe ꝛ ſanitas oſſiũ.] Verba ſcꝫ marie. de qͥbus dicit̃ Eccĩ. xliij. In ſermone eiꝰ compoſita ſunt oĩa. Septẽ enĩ illa verba beate virginis de qͥbus legit̃ in euãgelio. ꝯpoſuit celeſtꝭ artifex. i. ſpiritusſctũs ꝗ eã repleuerat. Et ideo ſicut ſũt ſeptẽ dona ſpũſſancti. ſic habent̃ ĩ euãgelio ſeptẽ verba marie. ꝗ dicunt̃ fauꝰ mellis. qꝛ ſicut in fauo eſt cera lumĩs inſtrumentũ. et dulcedo mellis reficiẽs guſtũ. ſic in ꝟbis eiꝰ et ſacre ſcripture ſciẽtia eſt veritas illuminãs intellectũ. ꝛ omĩmoda bonitas reficiẽs affectuꝫ. Medicinalia etiã ſunt verba eiꝰ. iuxta quod dicit̃ Sap. xvi. Neqꝫ herba neqꝫ malagma ꝛc. Siqͥdem verboꝝ eiꝰ ꝑſentiẽs dulcedinẽ iohẽs baptiſta clauſus adhuc in vtero mr̃is ad introitũ ſuũ exultauit et luſit. ꝛ in occurſum dñi ſui de matrꝭ vtero erũpe geſtiebat. audiẽs vocẽ eiꝰ. Melliflua ſiqͥdem vox marie./incõꝑabilꝭ eſt eloquijs angelorũ. ſicut dicit iohẽs euãgeliſta de eloqͦ ſaluatoris. G

Johẽs euãgeliſta de eloqͦ ſaluatoris \Oſculo. quod expti ſunt filiꝰ et elizabeth. ꝗ ad oſculũ eiꝰ qđ ꝑſumit̃ ex ſcripturis ſacta ẽ ꝓphetiſſa. ꝛ iohẽs exultauit ꝛ luſit. ꝛ ſpũſctõ r̃pletꝰ ẽ adhuc ex vtero mr̃is ſue

\Cantico. Vñ ſignata eſt Exodi. xv. ꝑ mariã ꝓphetiſſam. ꝗ ſumpto tympano cecinit carmẽ iſtud. Cantemꝰ dño. glĩoſe enĩ ꝛc. Ipa eſt enĩ dux chori ꝟginei. de ꝗ dicit̃ Apoca. xiiij. Neõ poterat dicere canticũ ꝛc. Solent enĩ ad lr̃am cantare dulcius ꝟgines ꝗꝫ corrupti. H

\Jubilo. Jubilat ſiqͥdẽ exẽplo illiꝰ marie comitata choro virgineo ꝓ ſubmerſiõe ſpiritualis pharaõis ꝛ liberatõe populi fidelis. et eiꝰ iubilũ gaudenter auſcultãt angeli et beati. imo et ipſe chriſtꝰ. qui dicit ei Cant. viij. Amici auſcultãt te. fac me audire vocẽ tuã. Amici iſti angeli et beati.

\Eloquio. Unde dicit̃ ei Canti. iiij. [Eloqͥum tuũ dulce] maxime qñ ꝓ pctõrib' filium interpellat. Iteꝫ ps. Quã dulcia faucib' meis eloqͥa tua ſuꝑ mel ori meo. Qđ maxime fit qñ maſticant̃ et deuotiõe ſeptẽ illa verba ſua que habent̃ in euãgelio. et decantant̃ laudes eius.

\Voce. Unde dicit ei filiꝰ Canti. ij. [Sonet vox tua in aurib' meis. Vox enim tua dulcis] i. fauorabilꝭ ad impetrãdũ qñ interpellas ꝓ neceſſitatib' peccatoꝝ. I

Bern. \Reſponſione. qñ ſcꝫ reſpõdit angelo. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm ꝟbũ tuũ. De ꝗ reſponſiõe btũs bern. ad mariã. Feſtinãter o dña reſponde ꝟbũ. qđ terra. qđ inferi. qđ expectant et ſuꝑi. Ipſe etiã rex omniũ et dñs qͣntũ ꝯcupiuit decorẽ tuũ. tãtũ deſiderat reſpõſiõis aſſenſum in ꝗ diſpoſuit ſaluare mundũ.

\Salutatõe. Quod expta eſt elizabeth Lu. i. dicẽs. Ex quo facta eſt vox ſalutatõis tue in aurib' meis exultauit in gaudio infans in vtero meo.

Augꝰ. \Dilectõe. Augꝰ. Dulciꝰ dilectõe nihil eſt. Sed dilectõi marie nulla dilectio creature cõꝑabilis eſt. ergo nihil ipſa dulcius eſt.

\Nomĩe. Unde ꝓpter dulcedinẽ huiꝰ nois maria dicit ei Iſaias. xxvi. Nomẽ tuuꝫ ꝛ memoriale tuũ in deſiderio anime.

Ekebtꝰ abbas \Nomĩatõe. Vñ dicit ei ekebertus abbas. O magna. o pia. o mľtũ amabilꝭ maria. tu nec nominari qͥdẽ potes qͥn accẽdas. nec recogitari qͥn recrees affectꝰ diligẽtiũ te. tu nunqꝫ ſine dulcedĩe diuitus tibi inſita./pie memorie portas ingrederis. K

\Predicatõe. Vñ ꝯpat ſe cĩnamomo aromatizãti. qđ vinũ pigmẽtat. ſic ꝛ nomẽ eiꝰ

Augꝰ. \Sapore. Vñ ꝛ ipaꝫ vocat augꝰ mãna abſcõditũ. qꝛ ĩ ſe ꝯti- [vinũ ꝑdicatõis.] net oẽ dlectamẽtũ. et oĩs ſaporis ſuauitatẽ. Sapie. xvi. Unde et ipſi optime ꝯue-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nit ille verſus. Quã magna multitudo dulcedinis tue o dñe. quã abſcōdiſti dilig-
tibus te. Guſtus enĩ manne erat q̄ſi ſimile cũ melle. Exo. xvi. Omnis enĩ dulce-
do alia ei compata. amaritudo eſt. Unde pſayce dicit ei q̇dã. Dis dulcor amare-
ſcit. reprobat̃ ⁊ ſordeſcit. tuũ p̄guſtantib⁹. Ipa enim eſt illud mel. quo guſtato illu
minant̃ oculi ionathe. i. iuſti. i. Regũ. xiiij. Quere expoſitōem. li. xij. partic̄la. xi. ti.
xxi. ante vel circa mediũ capituli. de ſeptē virgis. Ideo ſalutat eã ſic catholica ec-
cleſia. Salue regina miſericordie vita dulcedo ⁊c.

Maria dulcis odore — L

Oris. Unde dicit̃ ei Canti. vij. Odor oris tui ſicut odor malorũ. Libro. v. titulo
xi. de ore eius. poſt mediũ.

Ventris. qui compatur aceruo tritici vallato lilijs. que maximi ſunt odoris Cãti.
vij. et eburnee pixidi plene varijs vnguẽtis. i. diuitate et hũanitate filij.

Filij in vtero habitãtis. qui vter⁹ dicit̃ ager plenus. Gene. xxvij. Ecce odor filij mei
ſicut odor agri pleni. cui benedixit dñs.

Humilitatis. que ſignat̃ p̄ nardũ. Uñ Canti. i. Cum eſſet rex in accubitu ſuo. nar
Maria dulcis odore — dus mea dedit odorē ſuum.

Uberũ. Canti. i. Meliora ſunt vbera tua vino. fragrãtia vnguẽtis optimis

Genarũ. Cãti. iiij. Sicut fragmen mali punici. ita gene tue. Lib. v. ti. vi. de genis ei⁹

Aromatũ. Uñ filius dicit ſpũiſctō Canti. iiij. [Veni auſter] i. o tu ſpũſſcte [pfla or-
tum meũ] i. iſpira marie grãm tuã [⁊ fluẽt aromata illi⁹] i. odores ſctē opiniōis.

Unguentorũ. Cañ. iiij. Odor vnguentorũ tuorũ ſup omnia aromata.

Veſtimentorũ. Canti. iiij. [Odor veſtimentorũ tuorũ] i. virtutũ. quibus ornauit
te ſpũſſanctus [ſicut odor thuris.]

Orationũ. Erat enĩ phiala aurea plena odoramẽtis. i. orōib⁹ ſanctiſſimis. Apoc. v.

Maria dulcis — M

Exemplorũ diffuſiōe. Nam vita eius inclita cũctas illuſtrat eccleſias.

Promiſſorũ magnitudīe. Unde dicit. Qui audit me nō cōfundet̃. et cetera multa
Libro. ij. particula. iij. ca. v. de obedientia quam ei debem⁹.

Omni bona opatōe. Prouer. in fine. Manum ſuã miſit ad fortia ⁊c.

Omni larga datōe vel retributōe. Uñ Sapiẽtie. vij. dicit hũana natura. Venerũt
Maria dulcis — mihi omnia bona pariter cũ illa. ⁊ innũerabil' honeſtas p̄ man⁹ illi⁹. Quere tercia
partic̄la libri ſecũdi capitulo. iiij. q̄ marie debem⁹ dilectōem.

Peccatorũ quantũ in ſe eſt recōciliatōe. Unde. [Uſq₃ ad futurũ ſeculũ nō deſinã]
ſc₃ filio meo pacificare peccatores.

Hereditate. Unde dicit [Hereditas mea ſup mel et fauũ. Hereditas] i. caritas in
eternũ duratura q̄ diligo ⁊ diligor. Uñ [Hereditas mea] i. dulcedo mea heredita
ria et īdeficiēs [ſup mel et fauũ] i. trãſcēdit omnē dulcedinē manifeſtã ⁊ abſcōſã.
Frater Wernic⁹ — In melle ei dulcedo patet. in fauo latet. Vel aliter [Et hereditas mea] i. regnũ
eternũ. quod cedit mihi in hereditatē rōne filij mei. Quãdiu enĩ mater hab₃ filiũ
cui debet̃ regnũ. et fili⁹ nō recedit ab obediẽtia matrĩ. ipa eſt dña. Btã aũt virgo
habet filiũ. cui tanq̄₃ heredi debet̃ regnũ celorũ. ⁊ nullo mō recedit ab obedientia
ſua. ergo ipa eſt dña. Dicit ergo hec dña. [Hereditas mea] h' eſt. regnũ celorũ [ſup
mel et fauũ.] Nota q̄ q̇cq̇d dulce eſt. aut naturaliter dulce eſt. ſicut mel extractũ
de cera. aut artificialiter. ſicut fau⁹. Eſt ergo dicere. [Hereditas mea ſup mel ⁊ fa
uũ] i. ſup omnē dulcedinē naturalē ⁊ artificialē.

Memorie eternitate. Uñ dicit. Memoria mea in generatōe ſec'lorũ. Quere expoſi
tōem tercia partic̄la libri ſcdi. ca. x. q̄ debem⁹ ei iugem memoriã.

De mēoria marie dici poteſt ⁊ exponi qd̄ de memoria ioſie dicitur Eccī. xlix. [Me- N
moria ioſie in ꝯpoſitōe odoris facta ē op⁹ pigmẽtarij] i. ſuauis et odorifera eſt q̄-
ſi odor aromaticus ꝯpoſit⁹ ope pigmẽtarij. Qualis ḡ fuit p̄ſentia. cui⁹ tal' ē mēo-
ria: [In omni ore] generaliter magnorũ ⁊ paruorũ [q̄ſi mel indulcabit̃ eius memo
ria] q̄ſi diceret. Sicut mel delectat guſtũ ꝯmedẽtis. ⁊ q̄nto ampli⁹ maſticat̃ dulci⁹
īuenit̃. ſic marie mēoria delectat de ipa loq̄ntē. ⁊ q̄nto q̇s pl⁹ d̄ ipa loq̇t̃. tãto magĩ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ipius memoria delectaꝛ. Et vt muſica in ꝯuiuio vini. q̄ſi diceret. Sicut armo
nia inſtrumentoꝝ̄ muſicoꝝ̄ dulcis ꝛ ſuauis eſt in ꝯuiuio vini qḋ delectat. ſic me
moria eius dulcis ē et ſuauis nō ſolū̄ loquenti. ſed etiā̄ audienti. Oſee in fi. Me
morialē ei⁹ ſicut vinū̄ libani. vt ſupra. Eccl'i. xxxij. Gēmula carbū̄cli in ornamēto
auri. ꝛ ꝯparatio muſicoꝝ in cōuiuio vini. Trib⁹ igiꝛ cōpat memoriā̄ eius. Odo
ri opis pigmentarij. qḋ delectat olfatū̄. Mellis dulcedini. q̄ guſtū̄. Armonie mu
ſicoꝝ̄. que auditū̄. Quia memoria eius ſuauis in corde. in ore. in aure. ꝛ hoc ꝑpter
Raban⁹ tria ſm Rabanū̄. Nam fama virtutis ei⁹ ſupat omnē odorē. Suauitas modeſtie
omnē dulcedinē. Studiū̄ pſtandi cultū̄ dei. om̄imodā̄ cantilenā̄. Joſias ſiq̄dem
populū̄ docuit penitere ſup trāſgreſſione leg̃. Vn̄ ſequiꝛ. Ipe eſt direct⁹ diuitus
in penitentiā̄ gētis iudaice. i. in doctrinā̄ penitētie. qꝛ ipe docuit eos penitere. Et
tulit. i. abſtulit. abomīatōes impietatꝭ. i. phana ꝛ idola. q̄b⁹ īpietas idolatrie ce
lebraꝛ. Et gubernauit ad dn̄m cor ipius. populi. doctrīa. ſ. et exēplo. velut dupli
ci remo. Et in dieb⁹ peccatoꝝ. i. in tpe quo regnabat peccatū̄ idolatrie ꝛ trāſgreſ
ſio legis et violatio cult⁹ dei. corroborauit pietatē. i. cultū̄ dei firmiter obſuādū̄
inſtituit. Similiter et beata virgo ſola cūctas hereſes interemit. gubernat popu
lū̄ chriſtianū̄ doctrina ꝛ exēplo. ꝛ ad cultū̄ dei multimode nos inuitat.

## De ſanctitate marie Titulus xxvij.

Bern̄. DE ſanctitate marie dicit btūs bern̄. Hec eſt hierl'm ciuitas ſctā. que ꝓroga A
tiua meritoꝝ̄ omnē trāſcēdit creaturā̄ ad euacuandā̄ omnē poteſtatē inimi
ci. que ſola ī vniuerſa hū̄ane generatōis linea dicere poteſt poſt filiū̄. Prin
ceps mū̄di hui⁹ in me nō habet q̄cq̄. Joh. xiiij. Itē iobelis in fine. Erit hieruſa
lem ſancta. et alieni nō trāſibūt p eam. Itē ſicut dicit anna in cātico ſuo. i. Regū̄. ij.
Nō ē ſanct⁹ vt eſt dn̄s noſter. ſic dici pt veriſſime. Non eſt aīa ſancta vt eſt dn̄a no
ſtra. Et nota q̄ ſingulas expoſitōes hui⁹ nois ſanct⁹. ſancta. ſanctū̄. repire ē ī ma B
ria. Sanctus vl' ſancta idē valet qḋ mū̄dus vel mū̄da. Vn̄ dn̄s Leui. xix. ꝛ. xx.
Et. i. Pe. i. Sancti eſtote. qꝛ ego ſanct⁹ ſum. Ipa vero mū̄diſſima creaturaꝝ dei.
ſicut patꝫ. Itē ſanct⁹ diciꝛ a ſancio ſancis. vnde diciꝛ ſanct⁹ q̄ſi ſancit⁹. ꝛ ipa fuit
ſancta. i. firma ꝛ in bono ꝯfirmata. Vn̄ dicit. In ſyon firmata ſum. Itē ſanct⁹ di
ciꝛ q̄ſi agios. i. ſine terra. ſ. ſine terrenitate. ꝛ ei⁹ ꝯuerſatio tota fuit celeſtꝭ. Itē ſan
ctus. i. dn̄o dicatus. datus. ſ. et appropriat⁹. Vn̄ Lu. ij. Omne maſculinū̄ adape
riens vuluā̄. ſanctū̄ dn̄o vocabiꝛ. Ipa ꝟo tota fuit dei. ꝛ nulli⁹ niſi dei. Vn̄ dicit
Cantic̄. ij. Dilectus meus mihi ꝛ ego illi. Et fere vbiq̄ in canticis vocat eam fi
Iſidor⁹ lius ſuā̄. Item ſanct⁹ q̄ſi ſanguine tactus vl' ſanguine tinct⁹ ſm iſidoꝝ. Vn̄ bea
ta agnes. Sāguis ei⁹ ornauit genas meas. Et ipa ſanguine filij tacta vl' tincta
p ꝯpaſſionē. Unde diciꝛ q̄ſi roſa in hiericho. Tacta. cū̄ ei⁹ aīam gladi⁹ ptrāſiret.
Tincta. qꝛ dolor ille ꝯputaꝛ ei p martyrio. Itē fuit homo exterior marie ſanct⁹ ꝯ C
immū̄diciā̄ opis. volūtas ei⁹ ſancta ꝯtra immū̄diciā̄ praui deſiderij. cor eius ſctm̄
Bern̄. ꝯtra immundiciā̄ praue cogitatōis. ꝛ ita ſanctiſſima. Btūs bern̄. libro. iiij. de ꝯſi
deratōe in fine. Sanctū̄ facit affectio ſancta et ipa gemina. timor dn̄i ſanctus et ſā
ctus amor. His pfecte pfecta anima veluti q̄buſdam duob⁹ brachijs amplectitur
ſtringit et tenet ſpōſum dicens. Tenui eū̄ nec dimittā̄. Timēda ſunt autē in eo po
teſtas. cui nihil pt reſiſtere. et ſapiētia cui nihil pt abſcondi. Perfecte enī oportet
vt timeas eū̄. cui nec oculus deeſt omnia vidēs. nec manus oīa potenſ. Amandus
eſt etiā̄ ille q̄ eſt amor ꝛc̄. In omni autē hmōi vl' alia ſanctitate nō eſt aīa ſancta vt
Maxim⁹ epiſcop⁹ eſt dn̄a noſtra. Et ꝑpter h̄ dicit ipa filio ſicut exponit beatus maximus epiſcop⁹.
Tenuiſti manū̄ dexterā̄ meā̄ ꝛc̄. Tenuiſti. ne vnq̄ caderem. intelligens nō a ſe ſꝫ
a deo eſſe q̄ nunq̄ cecidit. Et in voluntate tua. i. ī adimpletōe volūtatis. dedu
xiſti me. de virtute in virtutē deduxiſti inq̄m me ne errarem. et cum glīa ſuſcepiſti
me. ne deficerē. Tenuiſti. in puritate. deduxiſti. in ꝟitate. ſuſcepiſti. in claritate.
Hec ꝟba tres ſtat⁹ vite chriſtiani deſignāt. ſcꝫ ſtatū̄ innocētie. iuſticie ꝛ glīe.

Dominus quorundā̄ tenet D
Siniſtrā̄ non dexterā̄. q̄s ꝑmittit ꝓſꝑari in dieb⁹ iſtis. et reſeruat infernalib⁹ penis.

De q̃b⁹ dicit̃ Job.xxi. Ducũt in bonis dies ſuos. ⁊ ĩ pũcto ad infernũ deſcẽdũt.
Siniſtrã et dexterã.q̃ ſic trãſeũt p̲ bona tp̃alia q̄ nõ amittũt eterna.vt abrahã.yſa/
ac.dauid.q̃b⁹ dicit̃. Diuitie ſi affluãt nolite coꝛ apponere.

Dñs q̃uidã tenẽ — Nec ſiniſtrã nec dexterã.qui et tp̃alibus bonis priuant̃ et eternis fruſtrant̃.q̃b⁹ dicit
iacobus.iiij. Cõcupiſcitis et nõ habetis ⁊c̃.
Dexteram nõ ſiniſtrã.quoꝝ mẽtes in eternitatꝭ amore cuſtodit. exterioꝛẽ tñ habi/
tudinẽ egeſtati q̃ſi nihil curet exponit. Uñ. A dextrꝭ ẽ mihi dñs ne ↄmouear. Sic
dexterã btẽ marie tenuit. Uñ ⁊ dic̃ ei Jſa.xlij. Apphendi manũ tuã ⁊ ſeruaui te ⁊c̃.
Dñs eni manũ marie apphẽdit et eã ſuauit.q2 in vtero eã ſctificauit.⁊ extũc ĩ vir
tutũ puritate p̲manere fecit.nõ tm̃ vt nõ peccaret./ſed vt peccare nõ poſſꝫ. Hieremi
as et iohẽs baptiſta et alij ſanctificati in vtero.et ſi nõ peccabãt./tamẽ peccare po/
terãt.ſed nõ beata virgo. Uñ dicit Eccl̃i.xxiiij. Et ſic in ſyon firmata ſũ ⁊c̃. Quia
in ipõ momẽto cõſenſus ſui ↄcepto ſaluatoꝛe firmata eſt.i.ĩ bono ↄfirmata .vt de
cetero peccare nõ poſſet.⁊ h̃ ĩ ſyon.i.in eccl̃ia militãte adhuc poſita.qđ fuit ei ſpe
ciale p̲uilegiũ. Alij eni ſancti ñ ĩ hac vita ſic firmant̃ vt de cetero peccare nõ poſ/
ſint.ſed tantũ in ſupna hieruſalẽ. Et ideo ipa ſola vere potuit gl̃iari ⁊ dicere. Te/
nuiſti manũ dexterã meã.ecce ſtat⁹ innocẽtie. Cui⁹ ſiniſtrã nõ tenuit dñs.q2 dolo
res multos et tribulatões eã ſuſtinere p̲miſit. Uñ. Et tuã ipi⁹ animã ptrãſibit gla
dius.i.dolor dñice paſſiõis. Sequit̃. Et in volũtate tua deduxiſti me. Uñ ⁊ ali/
bi dicit. Dñe in volũtate tua p̃ſtitiſti decoꝛi meo virtutẽ. In volũtate tua.nõ in
meritis meis.ecce ſtat⁹ iuſticie. Et cũ gl̃ia ſuſcepiſti me.ecce ſtatus gl̃ie.

Dicit richard⁹ d̃ ſctõ vict. — Jtẽ de ſanctitate vl' ſanctificatõne marie notãdũ.q̄ niſi ad plenũ purgata fuiſſꝫ./fru/ E
ctum talẽ facere nõ poſſet. Et niſi ab oĩ vicioꝝ ↄtagio imunis extitiſſet./filium
dei generare nõ potuiſſet. Ut eni virgo ↄciper ⁊ pareret virgo./ ſũma ſctĩta te ⁊ pu
ritate op⁹ habebat. Dũm aũt maloꝛũ q̃ſi due radices ſunt ↄcupiſcẽtia ⁊ ignoꝛãtia.
a quib⁹ duab⁹ radicib⁹ p̲fecte purgata eſt qñ ſpũſſctũs ſupuenit in eã .⁊ ỽtus altiſ
ſimi obũbꝛauit ei. Jſtud inuenies lib.xij.p̲ticula.ij.de delectabilib⁹ oꝛti. in primo
delectabili.

Item In ſanctificatõe marie p̲ ſupuentõeꝫ ſpũſſancti ⁊ obumbꝛatõeꝫ virtutꝭ altiſſi F
mi illud ſolũ remanſit in ỽgine qđ erat ad penam.illud totũ receſſit quod erat ad
culpã.vicioſitas omnino receſſit.penalitas remãſit.carnalitas tollebat̃. calamitas
nõ amouebat̃. Et hoc fuit illud mirabile de quo p̲pheta p̃s.xlv.dicit. Uenite ⁊ vi
dete opa dñi q̃ poſuit p̲digia ſup̲ terram auferẽs bella vſq̃ ad finẽ terre ⁊c̃. De ter
ra eni carnis eius tollebat̃ omnis pugna.⁊ ibi facta eſt pax plena. Jn arcu ⁊ ſagit/
ta p̲cuſſio artificioſa.in gladio et haſta virtuoſa. Arc⁹ ergo tẽptatio fraudulenta.
arma tẽptatio violenta. Neutra ỽo iſtaꝝ poſt ſanctificatõem in ipa locũ habuit.
nec acceſſum iã habere potuit. Scutũ excuſatio./que nõ habet locũ vbi nõ p̃t habe
ri accuſatio. Jgnis amoꝛ diuinus quo ↄbuſta ſunt hec ſcuta.qui nihil reliquit in
ea./vnde vel quo ad ĩpoſſibilitatẽ opoꝛteret excuſari. Diuin⁹ ſiq̃dem amoꝛ adeo
eam ĩ oĩ bono ſolidauit.vt de cetero q̃liſcũq̃ defectus in eã incidere oĩno nõ poſ
ſet.nec aliq̃d qđ qualicũq̃ excuſatõi ſubiaceret. Videt̃ itaq̃ iuxta hoc ab hoꝛa ſu G
p̲uenientis in eam ſpũſſcti .ab hoꝛa obumbꝛãtis ſe virtutis altiſſimi. nõ ſolum in
omni gratia ↄſũmata .verũetiam in omni bono et dono qđ acceperat cõfirmata.
Jn ceteris eni ſanctis magnificũ habet̃ qđ a vicijs nõ poſſunt expugnari. in iſta
mirificũ habet̃ qđ a nullo vicio potuit vel in modico impugnari. Et h̃ in ea ſupꝛa
modũ fuit mirabile.et p̄ ceteris oĩb⁹ ſanctis ſingulare.q̄ in ea ↄuenire potuit tãta
coꝛruptibilitas cũ tãta incoꝛruptibilitate.⁊ ecõuerſo. Coꝛruptibilitas in his q̃ p̲ti
nent ad penã. ĩcoꝛruptibilitas in his q̃ p̲tinent ad culpã. Sed ſibi ad future gl̃ie
cumulũ./nobis ad patientie documẽtũ p̲fuit.q̄ paſſibilitatis noſtre iugũ cũ tanta
puritate poꝛtauit. Qđ eni de exterminio peccati in ea factũ credit̃. futurũ in oĩb⁹
ſanctis ſperat̃.futurũ inquã.ſed nõ in coꝛpe eoꝛũ adhuc moꝛtali.ſed in coꝛpe eoꝛuꝫ
iam facto ĩmoꝛtali.pri⁹ ei opoꝛtebit coꝛruptibile hoc induere incoꝛruptõeꝫ.⁊ moꝛ
tale hoc immoꝛtalitatẽ.

## De ſanctificatōe marie Titulus xxviij.

DE ſanctificatōe beate virginis dicit p̄s. Sāctificauit tabernaculū ſuū altiſ A
ſimus. Sed quoniā ad h̄ ſanctificata eſt vt digna fieret ↄcipe ſaluatorē. ꝑ
mittit de ↄceptu ei⁹ dicēs. Flumīs impet⁹ letificat ciuitatē dei. Flumīs
impetus .i. ſupuentio ſpūſſcti. Letificat ciuitatē dei .ſ. btām virginē. in q̄ habita/
uit plenitudo diuītatis corꝑaliter. ad Col'. ij. Et ex hoc fuit in ea ciuiū vnitas. id
ē ſenſualitatꝫ ⁊ rōis plena cōcordia. Et bene dicit. impet⁹. qꝛ q̄ꝫcito reſpondit āge
lo. fiat mihi ſm verbū tuū. ſtatim filiū dei ↄcepit. ⁊ ex hoc letificata eſt vehemēter.
Vñ dixit ad elizabeth. Exultauit ſpūs meus ⁊c̄. Seqtur. Scificauit taberna/
culū ſuū altiſſim⁹. Tabernaculū idem qȯ ciuitas illa .i. beata ꝟgo in q̄ altiſſim⁹
armauit ſe armis nr̄e mortalitatꝫ. qbꝫ ↄ̄ diabolū dimicauit. ſicut poſtulauerat p̄s.
Apphēde arma ⁊ ſcutū ⁊c̄. Hoc tabernaculū ſcificauit altiſſimus. qñ eam ī vtero
matris purgauit ab origiali vt tota mūda naſceret᷑. Sequit᷑ de fide ↄceptōis. De
us in medio .i. in vtero. eius .ſcꝫ ꝟginis. nō ↄmouebit᷑ .a deitate in hūanitatem.
vt hāc aſſumēs illā relinqt. ſed idē erit de⁹ et hō. ⁊ h̄ eſt. nō ↄmouebit᷑ .i. totalit᷑ nō
mouebit᷑. Quodā eni mō motus fuit motu pietatꝫ. ſed nō motu alteratōnis. qñ ad
ei⁹ vterū intrādū ſe hūiliauit. Sed nō ex toto mot⁹. qꝛ diuītatē nō depoſuit. Se B
quit᷑. Adiuuabit eā de⁹ mane .i. in ꝑncipio vite ſue. ⁊ cū adhuc eſſet in vtero. di/
luculo .tenebras origial' peccati tollēte. Et appellat diluculū gratie ortū ī illa. Alia
lr̄a habet. Adiuuabit eā de⁹ vultu ſuo. Vel meli⁹. Adiuuabit eā deus mane. ſicut
expoſitū eſt. diluclo .i. claritate virtutū q̄ tunc infuſe ſunt ei. Sic exponit glo. di
luculū Job. vij. Viſitas eū diluclo. In ſanctificatōe eni eius omnē rubiginē cul
pe original' abſtulit celeſtꝫ aurifaber de argēto virginee carnis et aīe vt egrederet᷑
vas vtcunqꝫ puriſſimū ad recipiēda dona graꝝ ꝑmo. ⁊ filiū dei carnē aſſumptuꝝ
ſecūdo. Ideo ꝑdictū erat ꝓuer. xxv. Aufer rubiginē de argēto. ⁊ egredieẗ vas puriſ
ſimū. Et ſunt verba p̄ris ad ſpm̄ ſanctū. Nec ſolū tūc ablata eſt rubigo culpe origi
nalis. ſed ornatū eſt vas iſtud oīm lapide ꝑcioſo .i. omni cariſmate ſpūali. Deli⁹ ī/
uenies libro. iij. pte. i. titulo de priuilegio carnis virginee.

## De obedientia marie Titulus xxix.

DE obediētia marie dicit ipa Cant. v. Anima mea liq̄facta ē. ꝑ incēdiū cha A
ritatis. parata videlicꝫ inſtar metalli liq̄facti decurrere in oēs modulos di/
uine volūtatis. vt dilect⁹ locut⁹ ē. ad me ꝑ gabrielē. poſtulās me in mr̄em. cui me
obtuli in ancillā. ſciens qm̄ q̄ ſe hūiliat exaltabit᷑. Et nota qꝫ ꝓpriū ē metalli liq̄fa/
cti deſcēdere. Sic fecit maria obediēdo. cū poſtulata in matrē dei qȯ fuit ei ſūma
dignitas. ſe nomiāuit ancillā. quod fuit ſūma hūilitas. Et ideo aīe ſue attribuit li
quefactōem. que eſt ꝓprie metalli.

Item Ratōe obediētie ↄpatur auro maria. vbi dicit᷑. archa. thron⁹. ſoliū. ↄpat᷑ fere oī B
bus vaſis tēpli ⁊ tabernacl'i que fuerūt aurea. Auꝝ eni tractabili⁹ eſt oībꝫ metallis.
⁊ q̄nto tractabili⁹. tāto ſubtilibꝫ opibꝫ faciēdis ↄpetenti⁹. De q̄ videlicꝫ auro fabri
catū eſt artificio ſpūſſcti vas illud admirabile opuſ excelſi. in q̄ fili⁹ dei comedit fa
uū ſuum cū melle ſuo. bibit vinū ſuū cū lacte ſuo. Itē In obediētia marie impletū
eſt qȯ olim ꝑdixerat dñs Oſee. vi. obediētiā ſe malle q̄ꝫ ſacrificiū. ⁊ ſciaꝫ dei ⁊c̄.

Itē Ratōe obediētie pt ipa dicere cū filio ſuo illud Iſa. l. Erigit mane. mane erigit C
mihi aurē. vt audiā q̄ſi magiſtrū. Dñs deus apuit mihi aurē ⁊c̄. Elegāter verba
diſpoſuit. cū ꝑus ſibi erectā aurē ꝓhibuit q̄ꝫ aptam. Erectaꝫ habet aurē. q̄ nō ad
rumurculos ſingulares vel ad eloquiū de terra muſſitās. ſed ad ea q̄ deſurſū ſunt
paratū habet auditū. q̄bus bonū eſt aurē apiri. Depſſa eſt eni auris. q̄ verbis ſe/
cularibꝫ diligenter attēdit. Mane dicit maria erectā ſibi aurē. que ab initio etatis
ad ꝟba celeſtia paratū habuit auditū. ⁊ docuit nos habere. Erexerat aūt ⁊ apeu/
erat dñs auditū marie. Unde q̄ſi iuuēcula erectā aurē habens. facile ⁊ libēter ꝟba
ſuſcepit angelica. ī q̄bus turbata eſt. que etiā nullū verbū audiſſe legit᷑ in euāgelio
ante illud. Et ab auditu ipius. initiū ſumpſit repatio noſtra. vt intraret remediuꝫ
vnde irrepſit morbꝫ. et ꝑ eadē veſtigia ſequeret᷑ vita mortē. lux tenebras. veritatis

antidotū.ſerpentꝭ venenū.ꝛ vite ianua fieret audit⁹ ꝑ quēītrauerat mors ī mūdū.

## De omnipotētia marie Titulus xxx.

Fulbt⁹ carnotēſ

De theophilo.

DE omnipotētia marie dicit Fulbtus carnotēſ .in illa omel'.approbate cō/ A
ſuetudinis ⁊c. Siquidem mater dñi vbiqꝫ imperioſa ē.vbiqꝫ magnifica.ſm
charitatē erga ſupos.et ſup inferos ꝑ diſtrictōez .q̄ miſit angelū in auxiliuz
magni patris blaſij.ꝛ ſuſcitauit militē q̄ hoſtē ei⁹ iulianū apoſtatā interfecit. Hec
eſt q̄ cirogꝑhū theophili diabolo potēter ereptū captiuo reddidit in ſignū libtatꝭ.
ꝛ ipm ſe ſuppliciter inuocātē ab ipis diaboli faucib⁹ potēter eripuit. Ipi certe ꝑ/
nū eſt angelos ſctōs in miniſteriū mittere.ꝛ ad bñplacitū ſuū inferoꝝ pacta q̄ſſare.
vt de ea ꝯgrue dici poſſit illd Eccl'ſ.viij. Omne qđ voluerit faciet .et ſermo illi⁹
poteſtate plen⁹ ē.nec dicere ei q̄ſq̄ʒ poteſt.qꝛe ita facis? Itē ſap.xij .Quis dicet ti/
bi.qđ feciſti?aut q̄s ſtabit ꝯ iudiciū tuū? Ibidē.Ei eni ſubeſt cum voluerit poſſe.
Item Sap.xvi. Tu es q̄ vite et mortis habes poteſtatē. ꝛ deducꝭ ad portaſ mor
tis et reducis. Ipa eſt q̄ mortificat.ſicut in iuliano. et viuificat. ſic patꝫ ī theophi
lo.Deducit ad inferos ꝛ reducit.Eccī.xlij. In omni neceſſitate oīa obaudiūt ei.
Vñ dicit cū filio Iſa.xlvi.Cōſiliū meū ſtabit.et oīs volūtas mea fiet.Iob.xxiij.
Anima ei⁹ qđcūqꝫ voluit fecit ⁊c.Ideo dicit etiā[man⁹ ei⁹ tornatiles.Canti.v.
qꝛ in ꝓmptu habꝫ facere q̄cq̄d ei placet.ſicut ars tornādi ꝓmpta eſt ꝛ expedita.Lau
ree]qꝛ ex charitate dei et ꝓximi ꝓcedit q̄cq̄d facit.[plene iacintis].i.v̄tute celeſti.
Itē Sap.vij.Cū ſit vna.i.ſingularꝭ pietate.caritate .et pſidio [oīa poteſt]ex do/
no filij ſui a q̄ oīpotēte oīpotens eſt effecta .[ꝛ ꝑmanēs in ſe].i.ꝑfecte manēs im/
mutabil' bonitate potētia ꝛ miſicordia[oīa innouat].i.hoīez ꝓpter quē facta ſūt
oīa.et q̄ habet cū omni creatura ꝑticipiū.[Innouat] inq̄m hoīem ꝑ grām in pſen
ti.ꝛ ꝑ glīam ī futuro[Et ꝑ natōes].i.in omni gēte ſine pſonaꝝ acceptōe[in aīas
ſanctas ſe trāſfert]grām infundēdo.quas ſanctas nō inuenit.ſed grā ſua ſanctas
facit.[Et amicos dei].i.amātes deū et amatos a đo.[ꝛ ꝓphetas cōſtituit]ħ eſt.ac
cendit ad amorē dei.et illumiat ad cognitōez ei⁹.Vñ et dicit illumiatrix.

Ipa eni regina eſt illi⁹ ciuitatꝭ cui⁹ fili⁹ ſuus rex .et eiſdem ꝑuilegijs ſm leges gau/ B
dent rex ꝛ regina.Cū aūt eadē ſit ptās et ꝛ ꝯmunis matrꝭ et filij. q̄ ab oīpotēte fi/
lio oīpotens eſt effecta.qꝛ nō eſt ptās niſi a deo.ad Ro.xiij.Vñ dicit cū filio mat.
in fine.Data eſt mihi oīs ptās in celo ꝛ in terra.tū excellēter potēs eſt in eccl'ia tri
umphāte.Vñ dicit eccī.xxiiij .[In hieruſalē ]ſupna[poteſtas mea ] imperādi ſcꝫ
qđ volo virtutib⁹ angelicꝭ et aīab⁹ ſanctis.ꝛ faciēdi ad bñplacitū meū. ꝛ q̄s volo
introducēdi.Itē Sicut marie fili⁹ rex regū eſt ꝛ dñs dñantiū.Apoca.xxi.ſic ma
ria mater chriſti regina eſt bñ ſe regentiū.ꝛ dña coꝝ q̄ ſibi dñant. Dominare ḡ ſen/
ſualitati tue.et caſtiga corpus tuū.'et redige in ſeruitutē.' ſi tāte regine familie aſcri
bi cōcupiſcis.Itē rōe potentie appellat maria v̄ga v̄tutis dñi. Quere lib.xij.ꝑti/
cula.vi.ti.xxi.de virga.vbi maria dicit virga virtutꝭ.poſt tractatū de ſeptē virgis.
poſt mediū tituli.

Item In ħ manifeſtiſſime apparet oīpotentia marie.ꝙ ſicut legit in miracul' ei⁹ ml' C
tos de ſua dānatōe iā certos.mltos in aq̄s ſ̄focatos.multos ex improuiſo mortu
os q̄ dū viuerēt ipi⁹ patrocinio ſe ꝯmendauerāt.mltos q̄ ſine penitētia deceſſerāt
in mortali.ab ipis diaboli faucib⁹ potēter eripuit .ꝛ vt poſſent agere penitētiā ad
vitā reduxit.Ita nāqꝫ ingenioſa eſt et ſubtilis ad ſaluatōez peccatoꝝ. ſicut diabo
lus ingenioſus ē et ſubtil' ad dānatōez eoꝝ. Qua aūt iuſticia vl' q̄ iure ipa ſaluet
dānabiles.et ſine penitētia defunctos ī mortali.q̄s ſufficiat enarrare. Cōſtat autē
ꝙ et ita facit.et ꝙ ſalua iuſticia facit.Et ad hui⁹ rei euidētiā dicit ipa fons ſigna
tus Canti.iiij.Nā ſic exuberās ē iſte fons miſicordie.ꝙ ſꝑ fluūt miſatiōes eius .
integro tamē ꝛ illibato ſigillo iuſticie.qꝛ ſic ingenioſe ſcit facere miſicordiā ꝙ nō
frangit iuſticiā.

Item De ipa ſicut de filio pōt dici ipi filio illud ps.[Oīa ſubieciſti ſub pedib⁹ ei⁹. D
oues].i.ſimplices[et boues ]in q̄b⁹ q̄ttuor.libro.v.ti.xxiij.de pedib⁹ [vniuerſas ]i
feminino ꝓpter fecunditatē[inſup ]ħ dicit ad notādū diuerſitatē bonoꝝ ꝛ maloꝝ.


o

[pecora campi] luxurioſos vagãtes p cãpos licẽtie. vbi abel occidit. [volucres ce/ li ſupboſ] [piſces maris] cupidos [q pambulãt ſemitas maris] In his trib9 elemẽ tis habitãt demones. ſed nõ in igne elemento. qz nõ in lucido.

Itẽ Ratõe potẽtie dicit q [luna] i. antonomaſicus ille ſtultus diabol9 ſcz. q vt luna mutatus ẽ. Eccl. xxvij. a claritate in obſcuritatẽ [ſub pedib9 ei9] i. ei plenarie ſub/ iectus. Apoc. xij. et hoc p virtutẽ hũilitatis. Vñ in ps. [Deſcẽdit] i. ineffabiliter ſe hũiliauit [et caligo] i. diabol9 q dicit caligo formaliter. qz caret luce. ⁊ effectiue. qz efficit caliginẽ peccati [ſub pedib9 eius] q ſunt hũilitas et virginitas. qb9 ꝯtriuit caput ſerpentꝫ antiq. ſ. ſupbiam cõcupiſcentiã. E

## De ſapientia marie Titulus xxxi.

DE ſapiẽtia marie facillime veritas cõprobatur. ſi quomodo locuta ẽ cũ ange lo attendat. Quis eni in iuuene puellula nõ miret tantã ſmõis ꝯſtantiã. in terrogatõis prudentiã. fidei facilitatẽ. Nimirũ qz datũ eſt cordi ei9 lumẽ in telligẽtie. Dedit eni ei q ſe vniuit ei. et ſentire fideliter. et pferre vtiliter. ⁊ efficacit adimplere. Et hic eſt funicul9 triplex qui difficile rumpit. q videlicz aĩas nr̃as ad exemplũ marie de lacu fecis et miſerie extrahat. et poſt eã ad regna celeſtia trahat. i. ſi recte ſentiam9. ſi digne ploqmur. ſi viuẽdo ꝯfirmemus. A

Ad ſapiẽtiã aũt illi9 ptinet qd de ea dicit Luce. ij. Maria aũt ꝯſuabat oĩa verba hec ꝯferẽs in corde ſuo. In hac aũt autoritate ꝯmendat maria a trib9. A pfecta mẽo/ ria ꝯtra obliuionẽ. Vñ dicit. [Cõſeruabat oĩa verba hec] Et ppter hãc ꝯſeruatõ nẽ cõparat [venter ei9] i. memoria [aceruo tritici] Canti. vij. Triticũ q paſcuntur aues et hoĩes. verbũ dei eſt. Aceru9 tritici. magna ꝯgeries vborũ dei. Ideo dicit. [Cõſeruabat oĩa verba hec ⁊c.] Idcirco ſepe rogãda eſt a nobis. vt nob mirifico/ diter ſcripturaꝝ myſteria reuelare dignet. Et nota q dicit [verba hec] i. vba euan gelica. nõ mũdana. Itẽ Per h q appenit pnomẽ demõſtratiuũ dicens [vba hec] oſtendit q vba dei debem9 ſollicite ꝯſeruare i ſecreto cordis noſtri. iuxta illd. In corde meo abſcõdi eloqa tua vt nõ peccem tibi. Cõmẽdat etiã a collatõe ſollicita ꝯtra negligentiã. Vñ dicit [ꝯferẽs] Cõmendat ⁊ a ꝯſignatõe ꝯ iactantiã. Vñ [in corde ſuo] Per h etiã q dicit [vba] intelligũt etiã facta. ſicut dr Iſa. xxxix. [Non fuit vbũ] i. res digna verbo [qd nõ oſtẽderet ezechias nũcijs regis babilõis] In hoc etiã q dicit [ꝯſeruabat oĩa verba hec] oſtendit q ipa erat liber generatõis ie/ ſu chriſti. In hac etiã autoritate magna notat marie diſcretio. Vñ ibi dic glo. am B

Ambro. broſij. Maria nõ min9 ore q̃ʒ corpe pudica. ſecreta q nouerat nulli diuulgat. ſz ta/ cito corde ſcrutãs cõgruũ tpus quo de9 hec velit diuulgari reuerẽter expectat. iu/ xta illud Eccl'es. iij. Tpus tacẽdi. et tpus loqndi. Eccl. xx. Hõ ſapiens tacebit vſ q̃ʒ ad tpus. laſciuus aũt et imprudẽs nõ ſeruabit tpus. Jacobi. i. Sit oĩs hõ. ve/ lox ad audiendũ. tardus autẽ ad loquendũ.

[Conferẽs in corde ſuo] nõ ſolũ vba. ſed et facta illa q circa ſe viderat impleta. cũ his que in pphetis legerat implẽda. Dixerat eni ei angel9. Ecce ꝯcipies i vtero. Pre/ dixerat Iſa. vij. Ecce vgo ꝯcipiet. Nouerat ſe de ſtirpe dauid ortam. Predixerat Iſa. xi. [Egrediet virga de radice ieſſe] patris dauid. Et in ps. De fructu vẽtrꝭ tui ponã ſup ſedẽ tuã. Nouerat ſe ꝯcepiſſe in nazareth de ſpũſctõ. Legerat Iſa. xi. de filio incarnãdo. ſm aliã lr̃am. Nazareus vocabit. Nouerat ſe pepiſſe in bethleẽ Legerat Michee. v. Et tu bethleem ⁊c. ex te exiet dux. Compat g vba pphetarũ factis. et in oĩb9 habz argumẽtũ fidei. Si g maria humiliter diſcit a paſtorib9. de/ bem9 et nos hũiliter diſcere a ſacerdotib9 Eccl. vi. In mltitudĩe pſbyteroꝝ prudẽ tiũ ſta. et ſapientie eoꝝ ex corde ꝯiũgere. vt omnẽ narratõem dei poſſis audire. Et ſi ipa tacet ante pceptũ apl'i. debem9 nos poſt pceptũ ei9 malle doceri q̃ʒ docere. C

Itẽ Luc. ij. in fine iterꝝ dicit [Et mater ei9] i. chriſti [ꝯſuabat] qſi ſub ſignacl'o. dicit glo. [Oĩa vba hec ⁊c.] Oĩa q de dñõ vel a dñõ dicta vel facta cognouit. ſiue q in/ tellexit. ſiue q nõdũ intelligere potuit. oĩa memorie ꝯmẽdauit. vt cũ tẽp9 pdicãde vel ſcribẽde incarnatõis ei9 adueniret. ſufficiẽter oĩa put eſſent geſta poſſet expli/ care q̃rentib9. et ita q̃ttuor euãgeliſtꝭ mlta dictaſſe credit eoꝝ q ſcribebãt. Sic nos D

crebra factorũ dñi et dictorũ meditatões importunos cogitat⁹ repellam⁹. et alios
inſtruere laborem⁹. Itē. Mater ei⁹ ↄſuabat oīa ꝟba hec ī corde ſuo. i. in archa
mẽorie reponebat. Quia ſicꝰ dr̄ puer. xxv. Glīa dñi ē celare ꝟbū. Et thob. xij. Sa
cramẽtū regꝭ abſcōdere bonū ē. Oīa. nō ſolū ꝟba ſed etiā facta. Verbū eñi inter
dū ponit̃ p re. Vide ḡ ne reſtrīgas demōſtratões tantū ad ꝟba q̄ hic dic̄. ſ3 ad oīa
facta et dicta q̄cū3 in euāgelica hiſtoria ↄtinent̃. ſciẽs ꝙ aliq̄n ſcriberẽt̃. ⁊ ſcptores ad eā recurrerẽt. Jdō dicit ipa Cañ. v. Tulerūt mihi palliū meū. i. a me ra
puerūt reſeratões ſecretoꝝ filij mei. q̄ ꝑus tegebā q̄ſi ſub nubilo et velamīe ſilẽtij.
⁊ erāt occultata apō me. cuſtodes muroꝝ. i. aplī. Muri muniẽtes hierl'm. i. ec
cleſiā ſunt plati. cuſtodes hoꝝ muroꝝ maiores plati q̄ minores cuſtodiūt. quales
fuerunt apoſtoli.

Itē Ratōe ſapie ↄpat̃ maria auro. Ii. x. ti. ij. de throno. Nō eñi decebat vt vas cele
ſtis ſapiẽtie expers eſſet a ſapia. Vñ et ipa oſtẽdit ſcripturaꝝ noticiā et coꝝ q̄ ad
ſctōs patres dixerat dñs ſe habere. in cātico ſuo dicẽs. Sicut locut⁹ eſt ad p̄res
nr̄os abrahā et ſemini ei⁹ ⁊c̄. Sapiẽtiā eñi oīm antiq̄ꝝ exq̄ſiuit. i. ex corde q̄ſi
uit. et in ꝑphetis vacauit. Narratões viroꝝ noīatoꝝ ↄſuauit. ⁊ in ꝟſutias pabo
laꝝ ſil' introiuit. Occl'ta puerbioꝝ exq̄ſiuit. et in abſcōditꝭ pabolaꝝ ↄuerſata eſt. E
Ecc̄i. xxxix. Sic expone. Dicit ḡl. Sapientiā antiq̄ꝝ oīm. i. doctrinā p̄riarcha
rū ⁊ ꝑphetaꝝ. Vel. Sapiam oīm an. i. ſaporē et cognitões celeſtiū quā antiqui
habuerūt. exq̄ſiuit. i. extra alia q̄ſiuit. ⁊ in ꝑphetis. i. ī ꝑpheticꝭ intelligẽtijs. va
cauit. alijs curis ↄtẽptis. Narratōem. i. doctrinā. viroꝝ noīatoꝝ. i. aplo꜑ū ⁊ e
uāgeliſtarū. q̄ꝝ nomia ſūt ī libro vite Luc̄. x. ↄſuauit. Vñ luc̄. ij. Maria ↄſua
bat ⁊c̄. vt ſup. Narratões. ſc3 quā narraturi erāt aplī. Vel viri noīati p̄riarche et
ꝑphete. Vel illi btī paſtores q̄b3 ab angel' nūciat⁹ ē part⁹ ei⁹. Et ille felix ſymeō
q̄ ſuſcipiẽs filiū ei⁹ oblatū ī tẽplo narrauit ei ꝑphetica certitudīe pl'ima de futurꝭ.
Lu. ij. Et ī ꝟſutias pabolaꝝ. i. ī obſcuras et occl'tas ſubtilitates. ſimul intro
iuit. diligẽter ꝑſcrutādo ꝑforata ſupficie l'rali vl' figurali. Occulta puerbio꜑ū. i.
ſenſum myſticū ⁊ moralē. exq̄ſiuit. i. ex toto corde q̄ſiuit. Et in abſcōditꝭ. i. ī oc
cultis allegorijs figuratiuaꝝ locutōnū intelligendis. cōuerſata ē. ſtudẽdo ⁊ medi
tādo. Si eñi hec oīa ꝟe dicunt̃ de q̄libet vero ſapiẽte. m'lto veri⁹ dici poſſunt et
debẽt de mr̄e ſapiẽtie īcarnate. Propter h̄ igit̃ de noticia ſcripturaꝝ ↄmẽdat ma
trē fili⁹. Cañ. iiij. dicẽs. Dẽtes tui ſicꝰ greges tōſaꝝ. q̄ aſcẽderūt ꝺ lauacro. Gre
ges tonſaꝝ. ſūt illi q̄ poſſeſſionū onera tanq̄ꝫ vellera deponentes oīa reliq̄runt ꝑ
chriſto. Qui q̄nto pl⁹ ſe abſtraxerūt de mūdo. tāto liberiori aīo ſacras ſcripturas
intelligere potuerūt. Quib3 q̄cꝫ nō fecerūt obicē pctō꜑ū tenebre. Nā lacrimiſ peni
tẽtie ⁊ deuotōis freq̄nter abluti aſcẽderūt de virtute in ꝟtutē. vt viderẽt deū deoꝝ
in ſyon. qd̄ interp̄tat̃ ſpeculū. ſ. vt mūdi cordis oc'lo deū ↄſpicerẽt ī ſpec'lo ſcptu
rarū. His igit̃ oīb3 q̄ q̄ſi grex dñi in paſcuis ſacre ſcripture rumiarūt aſſimilant̃
dentes ꝟginis. i. ſenſus et ſtudioſitas. q̄bus ipa decerpſit attriuit maſticauit ru
minauit ⁊ incorpauit aīe ſue velut herbas virẽtes ſacre ſcripture ſentẽtias.

Itē Ipa fuit et eſt m'lier ſenſata et tacita. Ecc̄i. xxvi. Sẽſata eñi fuit q̄rẽdo quō fie F
ret qd̄ ei ꝑmittebat̃ vbi dixit. Quō fiet illō ⁊c̄. Senſatior. ↄſentiẽdo vt fieret. q̄n
dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſ̄m verbū tuū. Sẽſatiſſima. deū laudādo ⁊ ma
gnificādo de ſuſcepto bn̄ficio dicẽs. Magnificat ⁊c̄. Vñ ꝟe potuit dicere illō ſa
lomōis Eccl'es. i. Preceſſi ſapia oẽs q̄ fuer̃t añ me. ⁊ aīa mea ↄtẽplata ē m'lta ſa
piẽter. Qō fuit. q̄n cogitabat q̄lis eſſ3 angelica ſalutatio. ⁊ didici. Qō fuit. q̄n
ↄferebat oīa q̄ dicebant̃ ī corde ſuo. et hec eſt ↄſuetudo ſapiẽtis.

Itē Rōe ſapie deſigīta ē maria ꝑ illā m'lierē ſapiẽtē. q̄ ciuitatē abelā libauit ſapia ſua G
Deſigt̃ etiā ꝑ abygail. i. Regū. xxv. q̄ erat m'lier prudẽtiſſima ⁊ ſpecioſa. cui⁹ ſapi
entia et ſubtilitate ꝟboꝝ. nabal ſtult⁹ ad tpus a morte libat⁹ ē. Et marie ſapia ⁊
ſubtilitate orōnū mūd⁹ infatuat⁹. Itē Ecc̄i. xxxix. Collaudabūt m'lti ſapiā3 ei⁹.
⁊ vſq3 in ſeculū nō delebit̃. Ibidē. Sapiam ei⁹ enarrabūt gẽtes. ⁊ laudē ei⁹ nūci
abit eccl'ia. Et notādū ꝙ nō ſolū ſapiẽs ē. imo etiā ſapie dei magiſtra. quā docet

verbis orõib⁹ ⁊ exemplis. Vñ de ea dicit Sap. viij. Doctrix eſt diſcipline dei ⁊c. Ideo dicit ipſa Eccl. xxiiij. Adhuc doctrinã q̃ſi ꝓphetiã effundã ⁊c. Quere expoſitõnẽ li. ij. particl'a .i. cauſa .xxvij.

Itẽ de ea ſpecialiter dr̃ puer. i fi. [Os ſuũ apuit ſapiẽ. ⁊ lex clemẽtie i ligua ei⁹. Os ſuũ aperuit] os ſcilicʒ intellect⁹ [ſapiẽ] hauriẽde p ſtudiũ. Vñ. Aperi os tuũ ⁊ implebo illđ. Vel [os] affect⁹ [ſapiẽ] attrahẽde p deſideriũ. Vñ ps. [Os meũ apui ⁊ attraxi ſpm̃] i. ſpũalẽ intelligẽtiã. Vel [os] corꝑis [ſapiẽ] q̃ ꝯgnoſcũt diuia declarãde. Vñ de ea pt̃ intelligi illud Eccl. xv. [In medio eccl'ie] ꝑmitiue [apuit os eius] q̃ ſcʒ facta ẽ apl'oꝝ magiſtra. Sapiẽ inq̃m docende. nõ ſtulticie vl' vanitati aut ſcurrilitati. Vel etiã ſapiẽtie q̃ eſt fili⁹ dei attrahẽde. qñ ꝟginitatẽ vouit ⁊ ſe tãtũ hũiliauit. qꝛ due iſte virtutes in ea ꝑncipaliter placuerũt altiſſimo. Eua ei apervit os ſuũ inſipiẽtie. cũ dubitãdo reſpõdit ſerpẽti. ne forte moriamur. Geneſ. iij. Maria ſapiẽ. cũ credẽdo dixit Lu. i. Fiat mihi ⁊c. [Et lex clemẽtie] i. euãgelij q̃ docet clemẽtiã. vbi chriſt⁹ dicit Mat. ix. Nõ veni vocare iuſtos ſʒ pctõres. Lex enĩ antiq̃ ſeueritatʒ erat. que docebat reddi oculũ ꝓ oc'lo. dentẽ ꝓ dente. Sed lex euãgelij clemẽtie ẽ. Quia pctã remittit. Quia reos abſoluit vt adulterã. Joh. viij. Quia dãnatos in pꝺiſũ reducit. [In lingua ei⁹] qꝛ hec oĩa nob̃ ꝓcurat orãdo. N

Itẽ Ratõe ſapiẽ dr̃ in fine. xxiiij. eccl. de illo rege nato de dauid [Qui adiplet quaſi phiſon ſapiaʒ. Qui] ſ. rex [adimplet] i. pfecte iplet [ſapiaʒ] i. btãʒ ꝟginẽ. q̃ ſapia dr̃ emphatice. qꝛ ſapiẽs ſup oẽs. vl' qꝛ mr̃ ſapiẽ. i. chriſti. ⁊ vniuoca dʒ eẽ generatõ. Et paulo poſt. [Qui adipler q̃ſi eufrates ſenſũ ei⁹] Impleuit eĩ eã q̃ntũ ad cognitõeʒ ſcpturaꝝ. Qui enĩ apuit apl'is ſenſũ vt itelligerẽt ſcpturas Luc. vlti. multo forti⁹ matrẽ ipleuit ſpũ ſapiẽ et intellect⁹. ſupueniẽte in eã ſpũſctõ Lu. i. imo deſcẽdente in eã ſapiẽtia. i. filio dei. q̃ ſciaꝝ dñs ẽ. et q̃ ꝑus q̃ȝ alijs ciuitatib⁹ nouem mẽſib⁹ euãgelizauit cordi ei⁹. et icerta et occulta ſapiẽ ſue manifeſtauit ei. Nec ſolũ nouẽ mẽſib⁹. imo et toto tpe q̃ iuuenis habitauit cũ virgine. Iſa. lxij. i. fili⁹ cũ matre. Btũs anſelm⁹. Quid de deo nõ ſapiebat in q̃ ſapĩa dei latebat. ⁊ de cuius vtero corp⁹ ſibi aptabat. Impleuit g̃ rex ille ſenſũ virginis [q̃ſi eufrates] i. abũdãter. ſicut magna fit abũdãtia vbi abũdat eufrates. Libro. i. ca. iiij. titulo gr̃a plena multa inuenies de huiuſmodi. I

Anſelm⁹

Itẽ Ratõe ſapiẽtie appellat̃ ipſa agnitio ꝟitatis. Eccl. xxiiij. Agnitio ꝟitatis emphatice. ſ. ꝑcipue cognoſcẽs. et effectiue. ſ. cognoſcere faciẽs veritatẽ. vt ꝯgnita q̃ratur. q̃ſita inueniat̃. inuẽta accipiat̃. qꝛ q̃ querit inuenit. Mat. vij. Ipſa enĩ [fecit vt i celis] i. eccleſijs [oriret̃ lumẽ] ꝟitatis [indeficiẽs] ſic dr̃ ſup eodẽ capl'o. et ſic ambularẽt gentes i lumine ei⁹ Iſa. lx. et ꝓpter hoc ipſa ab oĩb⁹ honorat̃. Vñ et dicit̃ ei Judith. xv. Tu gl'ia hieruſalẽ ⁊c. K

Item Ratõe ſapiẽ dicit ipſa de ſe Eccl. xxiiij. [Profundũ abyſſi penetraui] i. pfunditatẽ ſcripture. de q̃ Gene. i. [Tenebre erãt ſup faciẽ abyſſi] i. in cortice lr̃e [quia tenebroſa aq̃ in nubibus aeris] non in fundo myſterioꝝ vbi lux eſt ꝑmaxima. vbi ipſa ſup omnes ꝓfundius vidit. L

Item Ratõe ſapiẽtie cõparat̃ ipſa fauo. qui eſt pabulũ lumĩs. vas dulcedinis. in varijs cellulis littere ſeu intelligẽtie celeſtis ſapiẽtie ꝯtinens dulcedinẽ.

Itẽ [In lege dñi fuit volũtas ei⁹] qꝛ voluit et impleuit q̃cq̃d ꝑcipiebat̃ in lege dñi. volebat aũt ſʒ reſpuebat q̃cq̃d ꝓhibebat̃ in ea. [Et in lege dñi meditabat̃] ſic aĩal ruminãs Leui. xi. Vñ lu. ij. Cõferẽs i corde ſuo [die ac nocte] i. i mãifeſtis ⁊ obſcuris.

Itẽ Ipſa poſt filij aſcẽſionẽ facta ẽ magiſtra apl'oꝝ et ꝑdicatoꝝ euãgelicorũ. Et tũc impleta ẽ ꝓphetia illa Michee. iiij. [De ſyon exibit lex] noua. ſ. [Lex] ꝟbũ dñi in hieruſalẽ i. de beata virgine p ſyon et hieruſalẽ deſignata. M

Item Quia fili⁹ ei reuelauerat incerta et occulta ſapiẽtie ſue. ideo dicit ipſa Cantic. i. [Introduxit me rex] i. chriſt⁹ [in cellaria ſua] i. manifeſtauit mihi ſecreta ſcripturaꝝ ſctãꝝ. q̃ dicũt̃ cellaria. qꝛ ibi ẽ panis fortiũ. lac pueroꝝ. vinũ deuotoꝝ. ⁊ oĩa neceſſaria aĩe. ſicut i cellario neceſſaria corpi. Bñ aũt dicit q̃ itroduxit eã rex. i. intus duxit. ſ. vſq; ad medullã ſenſus ſpũal'. Vñ ipſa dic. Profũdũ abyſſi penetraui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt ſup̄. Dicunꝰ cellaria q̄ſi celatis lare ad reponēdas diuitias. vl' q̄ſi cellaꝝ lares. eo ꝙ m̄ltas cellas ꝯtineāt ad diuerſa victualia ꝯſuāda. Vel etiā ꝓfūdū abyſſi tūc ipa penetrauit i filio ad lr̄az. qn̄ filiū ſuū miſit ad limbū liberare ibi detētos. Tūc etiā penetrat ꝓfundū abyſſi. qn̄ gr̄e ſue illuſtratōe viſitat coꝛ pctōꝛis ꝓfundū ⁊ inſcrutabile. Hiere. xvij. Itē Job. xxviij. [Profunda q̄qꝫ fluuioꝝ] i. ſacroꝝ librorū. ſ. q̄ttuoꝛ euāgelioꝝ. q̄ ſunt q̄ttuoꝛ flumia ꝑadiſi [ſcrutatꝰ] bīā vgo. i. facit ſcrutari. De q̄bus dicit Ecc̄i. xxiiij. Ego ſapiētia effudi flumia [Et abſcōdita] ſub velamine lr̄e [ꝑduxit in lucē] ſpūalis intelligētie.

Item Ex vbis marie facile ꝑpēdi pt ei⁹ ſctitas. ei⁹ charitas. ei⁹ ſapiētia. Non eī niſi ſeptē vba tm̄ locuta legiꝰ in euāgelio. Et hec ſeptē vba ad ſeptē dona ſpiritusſcti q̄ eā repleuerat referēda ſūt. Locuta ē aūt bis cū angelo. bis cū elizabeth. bis cū filio. ſemel cū miſtris. nec etiaꝫ cū viro ſuo ſemel locuta legiꝰ. Innuitꝰ aūt in h̄ ꝙ religioſa ꝑſona ⁊ maxime m̄lier. monial' et puella. rariſſime debet loq̄. Et tūc cū deo in oꝛōe et lectōe. aut cū angelo. i. ſacerdote angelice ꝯuerſatōiſ ⁊ honeſte. in cōfeſſiōe. aut cū elizabeth vetula. i. cū matura ⁊ ſctā m̄liere i mutua ſꝫ rara ꝯſolatōe. aut cū miſtrꝭ ⁊ h̄ corā oīb⁹. nō in angulo i neceſſarioꝝ poſtulatōe. Et nota ꝙ q̄cq̄d locuta ē. aut ad ſui hūiliatōem. vel ad dei laudē. vel ad ꝓximoꝝ edificatōem referebat. Ideo de ipa ꝯgrue dici pt illd Ecc̄i. xliij. In ſmōe ei⁹ ꝯpoſita ſūt oīa. i. Pe. iiij. Si q̄s loq̄ꝰ. q̄ſi ſermōes dei. Col'. iiij. Sermo veſter ſp in gr̄a ſit ſale ꝯditus. Eph. iiij. Oīs ſermo mal⁹ ex oꝛe vr̄o nō ꝑcedat. ſꝫ ſi q̄s bon⁹ ē ad edificatōem vt det gr̄am audiētib⁹. Ecc̄i. xxi. Verba iuſtoꝝ ſtatera pōderabūꝰ. Ideo v̄e potuit ipa dicere ꝑabol'. viij. Iuſti ſunt oēs ſmōes mei. nō eſt i eis ꝑuū quid neqꝫ ꝑuerſum. Ideo etiā inuitat nos ad cuſtodiā ligue nr̄e et imitatōeꝫ vboꝝ ſuoꝝ Sap. vi. dicēs cū ſapia [Cōcupiſcite ſmōes meos. et diligite illos. et habebitꝭ diſciplinā] Sic expone hāc autoꝛitatē. Cōcupiſcite [i. cū omni ꝯcupia audite ⁊ īueſtigate] ſmōes meos [q̄ monēt ſeriē et oꝛdiatōeꝫ vite chriſtiane. qꝛ ſmo dꝛ q̄ſi ſeriē monēs. Et diligite illos] i. exhibitōe opeꝝ diligere vos oſtēdite. qꝛ ꝓbatio dilectōis exhibitio opis. ſicut dicꝰ gregoꝛi⁹. [Et habebitꝭ diſciplinā] i. oꝛdīataꝫ moꝝ correptōeꝫ. Quaſi dicat. Si dilexeritꝭ ſmōes meos q̄ ſunt ſermōes ſapientie. habebitꝭ diſciplinā ⁊ ſuabitꝭ eā. Ideo poſſum⁹ dicere marie ſicꝰ hieremias. xv. dicit dn̄o. Inuēti ſunt ſmōes tui ⁊ ꝯmedi eos. et factū ē vbū tuū mihi i gaudiū ⁊ leticiā coꝛdis mei. Duo dicit. gaudiū et leticiā. qꝛ ex obſuatōe et dilectōe vboꝝ eius ſequunꝰ liberatio pene et collatio gl'ie. — R, O

Grego.

Itē De vbis ipi⁹ dꝛ ꝑabo. xvi. Fauus mellis vba ꝯpoſita. Septē enī vba ei⁹ que habenꝰ in euāgelio ꝯpoſuit celeſtꝭ artifex. i. ſpūſſctūs q̄ eā repleuerat. et iō ſicꝰ ſunt ſeptē dona ſpūſſcti. ſic et ſeptē vba ei⁹ in euāgelio ꝯtineꝰ. Que dicunꝰ fau⁹ mell'. qꝛ ſicut in fauo eſt cera lumīs inſtrumētū. et dulcedo mellis reficiēs guſtū. ſic i vbis ei⁹ et ſacre ſcripture ſciētia ē veritatꝭ illumināſ intellectū. ⁊ oīmoda bonitas reficiēs affectū. Medicinalia etiā ſunt ⁊ ꝯſuatiua moꝛe mellis. qꝛ ſanāt langoꝛes aīe. et ꝑſeruāt a pctō. De ꝓmo dicitꝰ Sap. xvi. Neqꝫ herba neqꝫ malagma ⁊c̄. De ſcdo. In coꝛde meo abſcōdi eloquiū tuū vt nō peccem tibi. — P

Sed iā videam⁹ de vbis ipi⁹. et ꝓmū de ꝓmo verbo. Ait itaqꝫ euāgeliſta [Dixit autē maria ad angelū. Quō fiet iſtud] Nota ꝙ btā virgo ante h̄ verbū nullū aliō locuta legiꝰ in euāgelio. nec etiā ſtatim ad ꝓmū angeli verbū rn̄dit. donec bis angelus ipam fuiſſꝫ allocut⁹. et ipa bene ꝓmeditata. iuxta illō Ecc̄i. xxxij. Audi tacēs ſimul et q̄rēs. Audire fidei ē. qꝛ fides ex auditu. Ro. x. Tacere ſpei. Quia Iſa. xxx. dꝛ. In ſilētio ⁊ i ſpe erit foꝛtitudo vr̄a. Querere charitatꝭ. Quia garrula res amoꝛ eſt. Ipa vero audiuit tacuit et q̄ſiuit. Hic ē oꝛdo. Timoꝛ etiā filial' et caſt⁹ fecit ipſam inq̄rere bn̄placitū dei Ecc̄i. ij. Qui timēt dn̄m inq̄rēt q̄ bn̄placita ſūt ei. ⁊ qui diligūt illū replebūꝰ lege ipi⁹. Ipa autē fuit m̄lier timēs deū. et ei⁹ dilectio foꝛtis vt moꝛſ Cāt. viij. Qm̄ inuite ꝑueniret virū vt iret ad eū loq̄. q̄ angelo vēiēti ad ſe ⁊ ſalutāti. ⁊ bona ꝓmittēti. ⁊ iō bis allocuto eā. vix acq̄euit loq̄ vnū verbū. Et in h̄ q̄es ⁊ taciturnitas bonis m̄lierib⁹ ꝓponiꝰ emulāda. Erubeſcat ſalomonica m̄lier — Q

Cācellarius phipus

garrula et vaga. q̄etis impatiēs. et ci ↄſil'es. Prouer. vij. Igit̄ q̄ prudēs erat vir-
go nō ſolū q̄d loq̄ret̄. ſ; etiā cui. et q̄d deceret eā loq̄ ↄſiderauit. Jō bn̄ dr̄. Dixit
aūt maria ad angelū. nō illa vel illi. Quaſi diceret. Ut maria ꝛ vt ad angelū locu-
ta ē. Decebat eni virginē et talē virginē breuiter et tacite loq̄. et ꝑpoſitā ↄtinētia;
ꝓteſtari. maxime vbi ei⁹ ꝑiculū imminere videbat̄. ꝛ vt ad angelū. quē interroga-
ri breuiter q̄ſi ſapiētē oportebat. Eccī. vi. Si videris ſenſatū euigila ad illū. audiē-
dū in ſcolis et imitādū in fact̄. ¶ Quō fiet iſtō ꝛc̄. Eccī. xix. dr̄. Qui credit cito le- R
uis ē corde. ꝛ minorabit̄. Eua leuis fuit corde. q̄ cito credidit. ꝛ nec v̄bū nec lo-
q̄ntē diſcutiēs facile ↄſenſit. Duplici q̄ppe funiculo trahebat̄. q̄ ꝓmittebat̄ ſubli-
mitas. ſuadebat̄ voluptas. ad q̄ duo hoīes facile inclināt̄. S; maria neutꝝ volu-
it. q̄ hūil' ꝛ v̄go fuit. S; vtilitatē nō ſolū ꝓpriam ſ; ↄmunē deſiderās. prudēter q̄ſi-
uit. Quō fiet iſtud. qd̄ tu dic̄ vt v̄go ↄcipiā ꝛ pariā filiū. q̄m virū nō ↄgſco. In-
terlinear̄. Ecce tāgit ſe vouiſſe caſtitatē. Nō cogſco. i. me nō cognituram ꝓpoſui.
ꝛ ī ꝓpoſito ꝑſeuero. Uel non cognoſco. i. votū habeo nō cognoſcere. Felix nāq̄
ꝓpoſitū iſtō. in q̄ firmitas ↄueīt puritati. Nā q̄ntūlib; pura fuerit delibatio. min⁹
hab; ſi defuerit fortitudo et ↄſiliū firmitas. Ubi aūt nō ē puritas. nō v̄t⁹ obtinet
grām. ſ; obſtinatōis incurrit offenſā. Quia v̄o ipa vtrūq; habuit. i. ꝓpoſiti puri-
tatē. ꝛ ↄſilij firmitatē. dr̄ de ea puer. ī fine. Fortitudo ꝛ decor indumētū ei⁹. De-
cor. in ꝓpoſito ↄtinētie. fortitudo. in ↄſilij firmitate.

Cōmendant̄ aūt ſeptē v̄ba illa a ſpūſſctī dictamie. Uñ ipa videt̄ dicere cū ps. Lin- S
gua mea calam⁹ ſcribe velociter ſcribētis. Scriba iſte ſpirit⁹ ē. Quaſi diceret v̄go
Nō loq̄r a meipa nō loq̄r. ſed a ſpūſctō. Nam ſicut manus ſcribe mouet calamū.
ſic ſpūſſctūs linguā meā. ij. Regū. xxiij. Spūs dn̄i locutus ē p me. et ſermo ei⁹ per
linguā meā. Mat. x. Nō eni vos eſtis q̄ loq̄mi. ſ; ſpūs patris v̄ri ꝛc̄. Multo g̃ for-
ti⁹ loq̄bat̄ ſpūſſctūs p eā quā repleuerat vſq;q̄q;. Sicut eni calam⁹ nō ſcribit qd̄
vult. ſ; qd̄ ſcribēs vult. ſic et ipa ea v̄ba ꝓferebat. q̄ ſpūſſctūs ī corde ei⁹ ſcribebat
ꝛ ei dictabat. Seq̄t̄. Uelociter ſcribētis. q̄ ſpūſſctūs cui⁹ grā neſcit tarda reru;
molimia. cito ꝛ ſubito docebat eā reſpōdere et loqui. Et bene dicit̄ lingua marie T
calamus ſcribe. id ē ſpūſſancti.

Primo. Quia calamus hic creuerat in aquis gratie ꝛ doctrine. Unde vox ei⁹ ē ſm
Hiero. hieronymū. Sup aquā refectōis educauit me.

Secūdo. Quia calam⁹ hic vacuus interi⁹ p hūilitatem.

Tercio. Quia plan⁹ exteri⁹ ꝛ ſine ſcrupulis p honeſtiſſimā ↄuerſationē.

Quarto. Quia ↄgruo tp̄e collect⁹ ad officiū ſuū. tp̄e. ſ. miſerēdi qd̄ īcepit ab ortu il-
lius.

Quinto. Quia acutus p ſubtilitatē.

Sexto. Quia ſciſſus p amotionē omnis ſupflui. q̄ nihil locuta eſt in euāgelio qd̄
nō faceret ad rem.

Septimo. Quia fiſſus p diſcretōem verborū.

Octauo. Quia plenus encauſto gratie q̄ diffuſa erat in labijs ipius.

Nono. Quia in manu dextera tenebat̄. nā verbis vita et opa ↄcordabant. Uñ ꝛ di-
ctum eſt ei. Uox enim tua dulcis.

Decimo. Quia a ſiniſtro ad dexterā ducebat lineā. q̄cquid eni loquebat̄ ad hūiliati-
onē ſui. ad honorē dei. ad edificatōem ꝓximi. et ſic ad eternitatē q̄ ſignat̄ p dexte-
rā referebat omnia verba ſua.

Seq̄tur. velociter ſcribētis. q̄ q̄ꝫ cito rn̄dit. ecce ancilla dn̄i fiat mihi. ſcripſit hic
calam⁹ ductu ſpūſſctī in hūana carne velut in ſcedula verbū carnē factū. q̄ videli-
cet ſcedula ſumpta eſt a ſcriba de v̄ginea carne ei⁹. Ueloci⁹ aūt ſcripſit ceteris mu-
lierib; vniuerſis. quoꝝ fetus nō formant̄ niſi lōgo tp̄is interuallo.

De ſcptura iſta dicit̄ Apoc. xix. vbi agit̄ de filio dei et marie. Habēs nomē ſcriptu; V
qd̄ nemo nouit niſi ipe. ſupple. et ſui q̄b; ipe reuelat. Uel. nouit. ad plenū. Nomē
qd̄ ipa ſcpſit eſt emanuel. i. nobiſcū de⁹. Uñ ſeq̄t̄. Uocabat̄ nomē ei⁹ v̄bū dei. ha-
bens ī veſtimēto. i. ī hūanitate. ꝛ ī femore. i. ī q̄ vis generatiua. H̄ dicit̄ q̄ ſpūales
ꝓlē genuit patri. ſcriptū. indelibiliter. ſ. q̄ ſm hūanitatē et ipe. rex regū ꝛ dn̄s do-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

minantiū.i.dn̄s oim̄ dn̄oꝝ. Vn̄ dr̄. De⁹ deoꝝ dn̄s. Quia eni̅ tātū hūiliauit se
fact⁹ obediēs vsq̧ ad mortē. datū est ei nomē qđ est sup omne nomē. Scđz hūa‑
nitatē eni̅ mortuus ē ⁊ exaltatus. nō ſm deitatē.

Primū igit̄ ꝟbū marie fuit istđ. Quō fiet istđ quoniā virū n̄ cog̃sco. .i. nūq̄ x
cog̃scere pposui ⁊c̄. vt sup̄. Et h̄ verbū dictauit ei sp̄us sapie. q̄ eā r̄pleuerat Fu
it etiā h̄ ꝟbū fortitudīs et castitatis. Vn̄ quoniā virū nō cog̃sco Et i h̄ ꝟbo doc̄z
ip̄a loq̄ p̄ncipaliter et p̄mo de inq̄rēda dei volūtate. sic ip̄a audito ꝟginitatꝭ p̄iclo
.i. q̄ mater deberet fieri. diu p̄meditata nec modū repiens quō h̄ possꝫ fieri saluo
ꝟgitatꝭ pposito. nō de re dubitās sꝫ de mō. rupto ꝟecūdie freno q̄siuit. Quō fiet
istđ quoniā viꝝ nō cog̃sco. Glosa. Liquet ḡ q̄ faciēdū credit. q̄ quomodo fiet q̄‑
rit. Nō eni̅ dubitat ꝟginem paritura. q̄ꝛ legit̄ Isa. vij. Ecce ꝟgo ↄcipiet. Sciebat
etiā q̄ īpleri optebat qđ ab angelo audierat. sꝫ quō fieret nō legerat. nec ab angelo
audierat quo ordie istđ deberet impleri. ⁊ iō q̄siuit. Quia mysteriū a secul̄ abscōdi
tū. Col. i. A pphetis nō p̄dictū. angelo ē reuatū. Jō dixit ad āgelū. Quō fiet istđ
⁊c̄. In h̄ etiā ꝟbo denotat̄ ↄstātia mētꝭ ei⁹. q̄ꝛ ↄstāter r̄ndit. virū nō cog̃sco Etiā
in h̄ eue ↄtraria q̄ dubitādo r̄ndit serpēti. Ne forte moriamur. Genes. iij. ⁊ ad pri‑
mū verbū diaboli titubauit.

Secūdū verbū qn̄ intellecto q̄ possꝫ ↄcipe ⁊ parere manēs ꝟgo cū r̄ndit. Ecce y
ancilla dn̄i fiat mihi ſm ꝟbū tuū. Ecce verbū timorꝭ q̄ collactane⁹ ē hūilitatꝭ.
⁊ in h̄ ꝟbo notat̄ p̄mpta obediētia. p̄mpta deuotio. p̄mpta fides. p̄mpt⁹ ↄsensus.
Vn̄ dic. Ecce. Notat̄ etiā hūilitas. Vn̄ ancilla. Religiosa discretio. Vn̄ dn̄i.
nō carnis. nō mūdi. nō diaboli. Fides spes charitas. Vn̄ fiat mihi ſm ꝟbū tuū.
q̄ dixisti dn̄s tecū. nō ſm p̄cē meā. q̄ nō auderē petere vt fierē mater dei. Nisi enim
credidisset ⁊ sperasset posse fieri ⁊ futurū esse qđ ei p̄mittebat̄. nō r̄ndissꝫ. fiat mi‑
hi ſm verbū tuū. Dixerat aūt ei angel⁹. Dn̄s tecū. In q̄ notat̄ charitas. q̄ꝛ q̄ ma
net i charitate de⁹ manet i eo. i. Joh. iiij. De fide dicit ei elizabeth. Btā q̄ credidi
sti. De spe dicit ip̄a. In verbo tuo supsperaui. Diffusa est eni̅ gr̄a i labijs ei⁹ talit̄
respōdendi. et ppterea bn̄dixit eā dn̄s in eternū. In h̄ etiam verbo notat̄ deuotio
orōis. q̄ꝛ dicēs. fiat mihi ⁊c̄. cū magna deuotiōe p̄missum angeli optat impleri.
In h̄ verbo īstruimur hūiliādo nos corā đo ei⁹ gr̄aꝫ postulare. Vn̄ Judith. viij.
Indulgētiā illi⁹ fusis lacrimis postulem⁹. ⁊ hūiliem⁹ illi aīas nr̄as. Itē de h̄ ver
bo qđ r̄ndit. ecce an. dn̄i fiat mihi. dic̄ ip̄a. Eructauit cor meū verbū bonū. Eru
ctauit. q̄si đ pleno. q̄ꝛ ex abūdātia cordis os loq̄t̄. Mat. xij. Cor meū. In h̄ cō‑
mēdat verbū suū ab īteriori sapore q̄ ē vera cordis dilectio. Verbū bonuꝫ. p qđ
deo recōciliat⁹ ē mūd⁹. Sic q̄dē i isto verbo. fiat mihi. firmū factū ē pactū recōcilit̄
atōis hūane. ⁊ m̄rimoniū diuie ⁊ hūane nature. In h̄ etiā verbo ↄcepit filiū dei.
Precessit autē verbū hūilitatꝭ gl̄iam ↄceptōis. q̄ꝛ sicut dicit̄ puer. xv. Gl̄iam p̄ce‑
Bern. dit hūilitas. Btūs ber̄. Hec est virgis nr̄e gl̄ia singularꝭ. et excellens p̄rogatiua
marie. q̄ filiū vnū eūdēq̧ cū deo p̄re meruit habere ↄmunē.

Terciū verbū. qn̄ salutauit elizabeth. q̄si ↄg̃tulās ei đ dono qđ eā recepisse di‑ z
dicerat. In q̄ notat̄ beniuolētia. q̄ꝛ salutare idē ē q̄ alij salutē optare. Ecce ver
bū itellect⁹. Ad cui⁹ p̄latōeꝫ itellexit elizabeth mariā dn̄m suū ↄcepisse. Vn̄ dixit
Et vn̄ h̄ mihi vt vēiat m̄r dn̄i mei ad me. Ad ei⁹ eī salutatōeꝫ itellexit iohēs clau
sus i vtero dn̄m suū clausū. ⁊ p modulo suo gauisus ē i occursū ei⁹. In h̄ aūt ꝟbo
īstruimur q̄ p̄xīs dēm⁹ optare salutē. ⁊ cū ip̄is loq̄ đ sua salute. qđ ē salutare. ⁊ de
bn̄ficijs sibi a đo īpēsis eisdē ↄg̃tulari. Et h̄ faciūt q̄ christū sp̄ūaliter ↄceperūt. aa

Quartū verbū qn̄ corā elizabeth dixit. Magnificat ⁊c̄. Dn̄. s. magnificāte se
corā elizabeth. ip̄a mag̃ dn̄m magnificare curauit. Qui eni̅ vere hūil̄ ē. nō se
Aug⁹. ab hoīb sed deū laudari desiderat. sicut dicit aug⁹. Et ppt̄ hoc dr̄ Eccl̄i. iij. q̄ de
us ab hūilib honorat̄. Et h̄ verbū fuit sapie. hūilitatis et gratiaꝝ actōnis. Et in
hoc verbo docemur deo gr̄as agere de pceptis eius beneficijs. et attribuere ei to‑
tum. qđ est hūilitatis. et magnificare potētiā ei⁹. Vn̄ dixit. Quia fecit mihi mag̃
q̄ po. ē. et san. no. ei⁹. Et nota q̄ i cātico suo p̄seq̄ns laudes domini aliq̄ntulum

plixe locuta ē. cū vbiq3 alibi breuiter locuta ſit. nec in aliq̄ ṽbo effluxit niſi ī laudi
bus ſaluatoris. ꝑ h̄ inuēs nob ī dei laudibꝫ plixe loq̄ndū. imo nūq3 tacēdū. iuxta
illō Iſa. lxij. Qui reminiſcimī dn̄i ne taceatꝭ. ⁊ ne detꝭ ſilētiū ei. Et h̄ ꝯ eos q̄ ī cho
ro alijs cātātibꝫ et pſallētibꝫ tacēt vt ſtatue. alias nll'o mō liguā cohibere valētes.

Quintū ṽbū Ioh. ij. [Fili. vinū nō habēt.] Ecce ṽbū pietatꝭ. charitatꝭ. ⁊ ꝯpaſ BB
ſiōis. Iſte etiā ſermo certiſſimꝰ index ingenite ſibi māſuetudis. et ṽgial' vere
cūdie fuit. Alioꝝ q̄ppe ṽecūdiā ſuā reputās. ſuſtiere nō potuit. nec diſſimulare vi
ni defectū. Ubi ſane increpata ē a filio. nec illi rn̄dit tāq3 mitis ⁊ hūilis corde. nec
tn̄ deſperauit. miſtros admonēs facere q̄cq̄d diceret ill'. Sup̄ ti. xxiij. ꝺ pietate et
ꝯpaſſiōe eiꝰ q̄re expoſitōem illiꝰ ṽbi. vinū nō habēt. Et li. i. ca. v. titulo. dn̄s tecū.
circa finē capituli. Dicere ṽo [vinū n̄ habēt] ē defectū gr̄e. quē mlti patiūť deo per
orōēz nūciare. et eis vinū ꝯpūctōis deuotōis ⁊ gr̄e poſtulare. Et h̄ inueniť btā ṽ-
go pma ꝓ hoīe ī euāgelio exoraſſe. In h̄ etiā docemur ab eo petere id q̄ īdigemꝰ.
q̄ ē ſufficiētia oīs boni. Iaco. i. Qui indiget poſtulet a deo. Q3 autē chriſtꝰ rn̄dit.
Quid mihi et tibi ē mlier: nō negabat matrē ſuā. ſed diſcernebat potētiā ſuā. quia
nō ex natura quā a ṽgine accepat. ſ3 a potētia ſue diuītatꝭ habebat facere miracu
Beatus maximꝰ lū. ſicut dicit augꝰ. Et forte ſicut dicit btūs maximꝰ. q2 mr̄ de defectu carnal' po- Aug.
culi ſuggerebat filio. q̄ venerat totiꝰ orbis gētibꝫ nouū ſalutꝭ eterne calicē ꝓpinare
Nō enī petebat mr̄ erat gr̄e tpal'. ſ3 qđ chriſtꝰ ꝑabat gaudij ſempiterni. Nec tn̄ pi
guit benigniſſimū dn̄m dū magna veniūt parua p̄ſtare. Et iō mater eiꝰ ſciēs ob-
iurgationē illā dn̄i filijq3 ſui nō iraſcētꝭ offenſam p̄tēdere ſ3 mirātꝭ portare myſte
riū. et futura p̄noſcēs in ſpū tāq3 mr̄ dei. et dn̄icā p̄uidēs volūtatē. ſollicite miſtros
admonuit dicēs. Q̄ia q̄cūq3 dixerit vob facite. Et dn̄s increpāte mr̄is pudorē re-
leuās. et iam ſuā apiens maieſtatē. expectātibꝫ ait miſtrꝭ. Implete hydrias aq̄. In
h̄ etiā q̄ ita dure reſpōdit matri docuit nos et maxime religioſos nō ita eſſe ſollici
tos ſup̄ ꝓpinquos carnis ſue.

Beatus maximꝰ Itē de h̄ miracl'o dicit btūs maximꝰ ꝯ q̄ſdā incredulos. Ille aq̄s mutauit in vinū
q̄ eas ab initio ꝯcreauit ī niues. indurauit ī glaciē. egiptijs ṽtit in ſanguinē. ⁊ he
breis ſitiētibꝫ manare p̄cepit ꝺ rupe arida. q̄ mltitudinē innumerā populoꝝ ſtilli-
cidio noui fontis vice maternoꝝ vberꝝ nutriebāt.

Moraliter. Sicut ꝑ mariā īpetratū ē vinū in nuptijs. ſic ꝑ duplicē amaritudinē pe
nitētie q̄ ſignať in noīe maria q̄ dr̄ mare amaꝝ. vinū gr̄e et deuotōis ⁊ interiorꝭ cō
ſolatōis. Et adapta q̄ttuor vl' q̄nq3 īterp̄tatōes alias. ſ. q̄ illumīatrix. illuminata.
illuminās. dn̄a. ſtella maris. ṽgo fecūda. nupta ioſeph. vidua. et huiuſmodi.

Tertiū ṽbū q̄n dixit miſtris Ioh. ij. [Quodcūq3 dixerit vob facite.] Ecce ṽbū CC
ꝯſilij. in q̄ docemur ad diuīe volūtatꝭ impletōēz alios q̄ntū poſſumꝰ inuitare.
Hoc eſt enī ꝯſiliū ſctōꝝ. ſic dicit glo. ibi. Deꝰ q̄ glificať in ꝯſilio ſctōꝝ ⁊c̄.

Septimū ṽbū q̄n dixit filio Lu. ij. [Fili q̄d feciſti nob ſic: ] vt. ſ. remanereſ no DD
bis īgrātibꝫ. [Ecce ego ⁊ pater tuꝰ] ꝑutatiuꝰ [dolētes] de abſentia tua [q̄rebā-
mꝰ te.] Sz heu mlti hodie plꝰ dolēt ꝺ amiſſiōe denarij q̄3 ꝺ amiſſiōe ieſu. Qđ pa
tet ex eo. q̄ ipm amiſſū ꝑ pctm̄ ꝑ dolorē penitētie nō req̄rūt. Ecce ṽbū ſcie. q̄ ma
gis attribuiť rebꝰ hūanis q̄3 diuīs. In h̄ aūt ṽbo īſtruimur delinq̄ntes filios cor
ripe. cū ipa corripuerit etiā nō delinq̄ntē. nec ꝯmēdare corā eis ſi q̄d fecerit boni.
ſic ipa nō legiť filiū ꝯmēdaſſe ꝺ eo qđ erat ī his q̄ p̄ris ſui erāt. Itē ī h̄ q̄ p̄miſit [fi
li] notať correptio ī māſuetudīe. Notādū etiā q̄ ipm inq̄ntū deū n̄ auderet corri-
pe. ſ3 inq̄ntū filiū ſuū. Et iō dixit [fili] Premiſit etiā [fili q̄d feciſti nob ſic:] ecce di
ſcretō. q2 n̄ ſtatī īcrepauit eū. ſ3 cāz q̄ſiuit q̄re ſic feciſſ3. In h̄ etiā q̄ dixit [⁊ pr̄ tuꝰ]
cū eū ꝺ ioſeph n̄ ꝯcepiſſ3 ſ3 ꝺ ſpūſctō. claudebat ipijs ſacramētū dn̄ice īcarnatōis
Quia ſi ipm ꝯguiſſēt n̄ eū crucifixiſſēt. i. Cho. ij. ⁊ ita n̄ eēmꝰ redēpti. Itē ī h̄ q̄ ma
ria dic. [dolētes q̄rebāꝰ te] docz ipa nos q̄ q̄ vult īuenire ieſū. i. ſalutē. dz ipm q̄rere cū
dolore. Seq̄ť [Et ait ad illos. Quid ē q̄ me q̄rebatꝭ ⁊c̄.] Nō īcrepat q2 q̄riť. ſ3 īdi
cat vbi potiꝰ q̄ri dz. ſ. ī diuīs. Un̄ ſubdit. [Neſciebatꝭ q2 ī his q̄ p̄ris mei ſūt oꝑ3 me
eē:] q̄ſi di. h̄ ſciatꝭ. Et apte oſn̄dit eē p̄ris ſui tēplū ī q̄ erat. ⁊ doctnā quā audiebat.

qđ eſt ꝯ manicheū. ⌊Et ipi nõ intellexerūt ṽbū qđ locutꝰ ē ad illos⌋ Nõ ei adhuc
capiebāt myſteria. Et nota ꝙ maria mõ miraꝛ myſteriū. ſʒ poſtea ꝓficiēs ab codē
petit miraculū. Joh. ij. Vinū ñ habēt. Seqꝛ ⌊Et deſcēdit cū eis. ꝛ vēit nazareth⌋
Vt filiꝰ dei exercet q̄ ſūt pr̄is. vt filiꝰ hoīs ſeruat obedientiā m̄ris. Vñ ſeqᷓtur.
Augꝰ. ⌊Et erat ſubditus illis⌋ Augꝰ. Hoc ſingulariter illa femīa habuit. vt videret ſibi
naſcēdi ſolēnitate ſubditū. quē nõ ſolū hūana. verū etiā angelica natura veneraꝛ ꝛ
adoꝛat altiſſimū.

Propter hmõi ṽba q̄ chriſtꝰ libēter auſcultat. dicit ipe matri ꝛ cuilibʒ aīe fideli imi- E
tatrici m̄ris ſue. cañ. ij. Sonet vox tua ī auribꝰ meis. vox eī tua dulcꝭ ꝛc̄. Itē cañ.
vij. ⌊Guttur tuū⌋ .i. ṽba de gutture ꝓcedētia ⌊ſicͭ vinū optimū⌋ qꝛ ṽba eiꝰ pūgiti
ua ſunt. et ſapida et delectabilia om̄i aīe iuſte. Jõ etiā dr̄ ecci. i ſi. Btūs q̄ ī iſtꝭ ṽ-
ſaꝛ bonis. q̄ ponit ea in coꝛde ſuo ſapiēs erit ſp̄. Verba enī matrꝭ ṽitatꝭ. ṽba ſunt
filij q̄ eſt ṽitas. Unde dicit ei filiꝰ Jſa. li. Poſui ṽba mea in oꝛe tuo ꝛc̄.

## De taciturnitate marie  Titulus xxxij.

De taciturnitate q̄ ſignū eſt ſapiē ꝯmēdat filiꝰ matrē Cañ. iiij. ⌊Quā pulcra A
Ambro. i alia tráſlatõe es amica mea ꝛc̄. Oculi tui colūbe extra taciturnitatē tuā⌋ .i. ꝑter. Ita dicit
alia trāſlatio quā ponit ambroſiꝰ. Tota eni ſpūalis ꝛ ſimplex vt colūba. ī
cuiꝰ ſpecie ſpūſſctūs viſus ē deſcēdere ſup chriſtū L u. iij. et Joh. i. Nõ ē enī medi
ocrꝭ ṽtꝰ tacere. ſicut dicͭ ambroſiꝰ. ꝛ iõ de taciturnitate ꝯmēdaꝛ maria. q̄ oīa ṽba
ꝯferēs in coꝛde ſuo tacite ꝯſuabat. Notoꝛiū eni ē ꝛ vulgatū muliebrē ſexū de mꝉ
tiloq̄o et minoꝛi circūſpectõe redargui. Nec mix. cū ad ꝑmas ſuggeſtiões noxias
loq̄la penitꝰ ſit adempta ſpēti. et aliq̄tenꝰ inhibita mꝉieri. Hic poterꝭ aſſigr̄e đ ꝑ-
propera rñſiõe eue ſine diſcuſſiõe ṽboꝝ ſerpētis vñ oꝛtū ē om̄e malū. et cogitatõe
marie q̄lis eſſʒ angelica ſalutatio vñ oꝛtū ē om̄e bonū. Btūs q̄ʒ bernardꝰ pꝰ ma
ioꝝ cariſmata graꝝ ī omniū maxima mꝉieꝝ dei genitrice maria. ṽginitatē ſilētij di
gnis laudibꝰ p̄dicabat. Jpa etiā dicͭ đ taciturnitate ſua q̄ſi ſeipaʒ ꝯmēdāſ Eccl'es
viij. ⌊Ego os regꝭ obſeruo⌋ .i. os meū qđ ē regiū. vt. ſ. nihil aliđ loq̄r q̄ꝫ qđ regē de
ceat et reginā. ſ. ṽba lenitatꝭ et clemētie. ṽba pietatꝭ ꝛ iuſticie. Jpa eteni ē mꝉier ſē
ſata et tacita. Ecci. xxvi. q̄ ſedebat ſolitaria ꝛ tacebat. ꝛ leuabat ſe ſup ſe ꝑ ꝯtēplati
onē dei. Treñ. iij. Siq̄dē qꝛ fuit ſenſata. i. plena ſēſu. ꝛ tacita nõ ſeminiflua ſed lo B
q̄ns ī tpe ꝯgruo. fuit ei tps tacēdi. et tps loq̄ndi. ſicͭ dr̄ Eccl'es. iij. Tpus tacēdi ei
fuit añ moꝛtē chriſti. loq̄ndi poſt. Debuit tacere ī p̄ſētia ṽbi. nec radiare debuit lu
na p̄ſente ſole. ſicͭ nec luna radiat ī p̄ſentia ſolꝭ. Sed ṽbo obmuteſcēte ꝑ moꝛtē de
buit reuelare myſteria q̄ ꝯſuabat ī coꝛde ſuo ꝯ ſcādalum crucꝭ. qꝛ ſup oēs nouit.
Vñ poterat dicere illđ Jſa. xxiiij. ⌊Secretū meū mihi⌋ q̄ntū ad ſtatū ꝯcipiētis
poꝛtātꝭ ꝛ pariētꝭ. ⌊Secretū meū mihi⌋ q̄ntū ad ꝯgnitõeʒ ipiꝰ ꝯcepti. q̄a ſup om̄s
habuit noticiā diuitatꝭ. Luna etiā nõ debuit radiare p̄ſente ſole. ſʒ ſole tēdēte per
moꝛtē ad occaſū. ꝯ tenebꝛas noctꝭ debuit emittere radios lucꝭ ꝛ doctrine. Vñ et
dr̄ pulcra vt luna Cāti. vi. Turbata etiā fuit ī ſalutatõe angelica. qꝛ ſilētiū ſuū qđ
valde amabat. rñdendo infrigere cogebaꝛ. Cogitabat etiā q̄lis eſſʒ iſta ſalutatio.
Et vtinā moniales et recluſe et religioſe noſtre tacēdo cogitarēt quõ in iudicio re
ſpõderent. vbi de omni ṽbo ocioſo reddituri ſunt hoīes ratõem. Senſata etiam
fuit ꝛ tacita in interioꝛibꝰ verbis que ſūt cogitatões et affectões ſeu deſideria coꝛ
dis que loquunꝛ deo. Unde et de ea diciꝛ Jſa. xxxij. ⌊Pricepſ⌋ .i. maria deſigna
ta ꝑ ſarā que interp̄taꝛ pꝛiceps ⌊ea que digna ſunt pꝛincipe cogitabit⌋ cogitatões
ſcʒ pacis et nõ afflictionis.

## De ſubtilitate marie  Titulus xxxiij.

Subtilitas beate marie in ħ apparuit. ꝙ tā ſubtiliter ꝯtemplata eſt celeſtia. ꝙ
ductu ꝓꝓꝛie rõis illuminante ḡtia viſa eſt filiū dei deſiderare virginitatem.
quā ideo foꝛte vouit vt eiꝰ bñplacito ſatiſfaceret. Ac ſi diceret voto ſuo. Li
lia deſiderabat. lilia ei exhibeo. Jn ħ etiā apparet eiꝰ ſubtilitas. ꝙ taʒ ſubtiliter ſcit
miſeris miſericoꝛdiā exhibere. ꝙ ſigillū nõ diſſipat diuine iuſticie. ꝛ maxime circa
hoc cõſiſtit ſtudioſitas eiꝰ. de qua dicit p̄s. Annūciate inter gētes ſtudia eius.

## De actione marie Titulus xxxiiij.

De actõe marie h̄ notãdũ ꝙ ꝓcipuo paupi.i. filio dĩ.d q̄ ꝓcipue exponit̃ illd A
ps.btũs q̄ intelligit ſup egenũ et paupem .ꝓcipua miſericordie opa dilectõe
ꝓcipua et ꝓcipuo mõ.vñ dicit.corã ipo miſtraui.i.ad bñplacitũ eiꝰ.exhibu
it de ꝓpa ⁊ ꝓcipua ſubſtãtia ſua. quia de puriſſimis ſanguib ſc̄m damaſcenũ. vel
Damaſcenꝰ de carne ꝟginea.q̄ erat argẽtũ igne ſpũſſcti mľtipliciter examiatũ.exhibuit ei ve
ſtimentũ.et de lacte ꝓpo exhibuit alimẽtũ. Ratõe veſtimẽti pt ei dicere filiꝰ illud
Job.x. Pelle et carnib veſtiſti me. Ratõe alimẽti illd Matth.xxv. Eſuriui ⁊ de
diſti mihi mãducare. Sitiui ⁊ dediſti mihi bibere. Lac eni puero cibus ⁊ potꝰ ē.
Propter hoc in iudicio poterit ei ꝯmẽorare filiꝰ excellentiꝰ ⁊ ꝓncipaliꝰ q̄ȝ oĩ aliȷ̃ cre B
Sup ti. iiij. H H I K L ature illd Mat.xxv. Hoſpes erã et collegiſti me. ſcȝ in tabernaculo vteri virgi
nalˀ.q̄ ideo dicẽdꝰ ē regale palaciũ.qꝛ rex celeſtis ĩ eo nouẽ mẽſib pacifice habita
uit. Ipa ei ſignat̃ ꝑ marthã.de q̄ legit̃ Lu.x. Intrauit ieſus ĩ qdã caſtellũ .⁊ mu
lier q̄dã martha noĩe excepit illũ ĩ domũ ſuã. Et h̄ ē qd dicit Job.xxxi.q̄ſi loq̄ns
ĩ pſona marie. Foris nõ mãſit pegrinꝰ .i.filiꝰ dei.q̄ dic̃ ꝑ ps. Aduena ego ſum ⁊
pegrinꝰ ſic̃ oẽs pr̃es mei.ſ.abrahã yſaac iacob ⁊ ceti.d q̄b dr̃ Heb.xi. Cõfitẽtes qꝛ
pegrini ⁊ hoſpites ſunt ſup terrã. Seq̄t̃ ĩ pſona marie. Oſtiũ meũ viatori patu
it. Et h̄ ē qd ipa dixit Cañ.v. Peſſulũ oſtij mei aperui dilecto meo ⁊c̃. De q̄.ſ.vi
atore dr̃ Hiere.xiiij.q̄ſi loq̄nt̃ ad filiũ dei. Quare q̄ſi colonꝰ futurꝰ es ĩ terra .⁊ q̄
ſi viator declinãs ad manẽdũ. Quare futurꝰ es ſic̃ vir vagꝰ ⁊c̃. Qui videlicȝ via
tor cũ nõ haberet vbi caput reclinaret.hoſpitatꝰ ē a maria ĩ domo vľ vtero virgi
nali. Vñ ipa dicit. Qui creauit me req̄euit ĩ tabnacľo meo. In tabnacľo ſcȝ aĩe
ĩnq̄ntũ deꝰ. In tabernacľo corpis ĩnq̄ntũ deꝰ et hõ. Et h̄ ē qd ipe dicebat eccĩ.
xxiiij. In oĩb reqem q̄ſiui.et ĩ hereditate dñi morabor .i.ĩ btã maria. In corpe
nouẽ mẽſib.ab aĩa nũq̄ȝ receſſurꝰ. Propter h̄ in ps.dicit ipe de maria. Hec requi
es mea in ſeculũ ſeculi.hic habitabo qm̄ elegi eam.

Et nota quoniã maria nõ ſolũ hoſpita vľ hoſpitiũ facta ē filij dei. imo et totiꝰ trini C
tatis.cuiꝰ eſt nobile tricliniũ. Vñ ĩ pſona marie dic̃ iob.xxix. Qñ ſecreto deꝰ erat
ĩ tabernacľo meo .i.filiꝰ ĩ vtero meo. Qñ erat oĩpotẽs mecũ .i.deꝰ pater ꝑ graꝫ
inhabitãte. ⁊ petra fũdebat mihi riuos olei .i.ſpũſſctũſ infũdebat mihi dona ⁊ ca
riſmata oĩm graꝫ .ſic̃ ꝓcepat ei pr̃ eccĩ.xxxvi. Reple ſyõ .i.mariã. ienarrabilibꝰ
virtutibus tuis.

Nudꝰ fui.⁊ coopuiſti me. tue videlicȝ carnis ꝟginee tunica ĩcõſutili . Luc.ij. Et D
pãnis eũ iuoluit. ecce opimẽtũ. ⁊ reclinauit ĩ pſepio. ecce matiale hoſpitiũ. De du
plici tunica ĩcõſutili q̄ maria veſtiuit filiũ q̄re li .xij.ꝑticľa.v.ti.ix. ꝙ maria vellꝰ.
ſcȝ ĩ illo caplo. Deſcẽdet ſic̃ pluuia ĩ vellꝰ pꝰ mediũ tituli. De nuditate filij q̄ñ de
ſcẽdebat ĩ ꝟginẽ dic̃ btũs hildefonſus. Qualiter ĩgreſſus ē chriſtꝰ ĩ virginẽ nẽo
Beatus hildefonſus nouit.q̄liter egreſſus egreſſio ſola ꝯgſcit. Abſq̄ȝ veſte deꝰ vt ita dicã ĩgredit̃. q̄ vt
certe dicã carne veſtitꝰ egredit̃. Ad domũ ſui opis vẽit .carnis ⁊ nimõ veſtẽ tulit.
Idẽ q̄ venerat redijt.ſȝ aliter q̄ȝ ĩceſſerat ipe ꝓceſſit. Hãc domũ ĩgrediẽſ nõ pudo
rĩ ſpolia tulit.ſȝ egrediẽs ĩtegritatẽ ditauit ⁊c̃. Itẽ rõe hꝰ veſtĩ ꝯpat ſe chriſtꝰ gño
frumẽti. Joh .xij.qd nudũ ſemiat̃.ſic̃ dic̃ aplˀs.i. Chor̃.xv.ſȝ ſurgit veſtitũ palea
ſua velut tũica q̄dã. Itẽ ꝓpt̃ h̄ figurata ē maria ĩ vellere gedeõis Judic̃.vi.qꝛ d q̄
dã portõe lane ſue.i.carnis ꝟginee veſtiuit agnũ dĩ. Quere eodẽ libro.titulo ꝙ ip
ſa vellus.poſt mediũ tituli.

Hiero. Eſuriui ⁊ dediſti mihi mãducare. Vñ hiero.dic̃ ꝙ btã ꝟgo cũ acu et colo acq̄rebat E
vñ ſe paſcebat ⁊ vnigẽitũ dĩ. Propter h̄ cañ.ij.dr̃ ꝙ ſpõſus paſcit̃ iter lilia. Et hec
Bern. lilia appellat btũs ber̃.manꝰ btẽ marie.inter q̄s dei filiꝰ paſcebat̃. Btũſ ber̃. Ma
nus marie quedã lilia cãdidiſſima ſunt.nec cauſabit̃ liliorũ amator inter lilia nõ
inuentũ.q̄cq̄d inter marie manus inuenerit.

Sitiui et dediſti mihi potũ. ſcȝ lactĩ virginei qd ego ſolꝰ bibi.et de q̄ puer aliꝰ nũ F
q̄ȝ bibit. nec ipe ſuxit vbera alteriꝰ mľieris q̄ȝ ꝓprie matris. Unde figuratus eſt
ꝑ moyſen Exo.ij.qui nulliꝰ alteriꝰ mľieris ꝑter q̄ȝ matrĩ ꝓpe ſugere voluit vbera

ſicut dicūt. Propter h̄ etiā dictū eſt illi Lu.xi. Beata vbera q̄ ſuxiſti. Ex h̄ aūt re/
linq̄tur. ꝙ tantū ſuxit vbera virgīs matris ſue. Vn̄ ⁊ dicit Can̄.v. Bibi vinū
meū cū lacte meo virginali. qđ totū fuit meū. Propter hoc licȝ dicat̄ beate ꝟgini.
oleū effuſum nomē tuū. nō tn̄ dicit̄ ꝙ eius vbera ſint effuſa.
Aliter etiā de potu fidei poteſt intelligi qđ dicit. Sitiui ⁊c. q̄ maria ſpecialius oī crea H
tura ipm potauit qn̄ rn̄dit angelo. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi. Unde ſignata ē ꝑ
ſamaritanā mľierē cui chriſtꝰ dixit Joh.iiij. Da mihi bibere. Jō etiā figurata fu/
it Gene.xxiiij. ꝑ rebeccam virginē pulcerrimā ⁊ incognitā viro. que de hydria ſua
q̄ ſignabat fidē marie potauit helyeſer et camelos. i. chriſtū et ſanctos. nā ex hūili/
tate deo placuit. ſȝ et fide ꝯcepit ſanctū ſctoꝝ. i. chriſtū q̄ ſctificat oēs ſanctos.
Infirmꝰ fui et viſitaſti me. Infirmabat̄ chriſtꝰ ſuſceptis in ſe penalitatibꝫ hūane D
nature. que ſunt fames ſitis caloꝛ frigꝰ laſſicies egritudo ⁊ moꝛſ. Ideo dic̄ chriſtꝰ.
Infirmata eſt in paupꝑtate ꝟtus mea ⁊c. Et ſic infirmatū ꝑ infātiā et iacentē in cu/
nabul. pia mater nō ſolū viſitauit. ſȝ etiā balneādo. fouēdo. leniēdo. geſtādo freq̄n/
tauit. eiqȝ hūanitatis obſeq̄a vniuerſa q̄bꝫ indigebat aſſumpta natura ꝺuotiſſime
miſtrauit. Propter qđ in figura marie dr̄ Lu.x. Martha aūt ſatagebat circa fre/
q̄ns miniſteriū. ¶ Aliter. Infirmabat̄ chriſtꝰ qn̄ crucifigebat̄. ⁊ a p̄re ꝑcutiebat̄ ꝓ
ſalute ppľi ſui. ⁊ vulnerabat̄ ꝓpter iniq̄tates nr̄as. ⁊ atterebat̄ ꝓpter ſcelera nr̄a. et
eiꝰ liuoꝛe. i. carne liuida doloꝛibꝫ paſſiōis ſanabamur. Iſa.liij. Et tūc viſitabat eā
mater ſtans iuxta crucē eius. Joh.xix.
In carcere erā. ⁊ veniſti ad me. Incarcerabat̄ chriſtꝰ in carcere nr̄e moꝛtalitatꝭ. de q̄ I
carcere dicit ps. educ de carcere aīam meā ⁊c. qn̄ naſcebat̄ de vera ꝟgine verꝰ hō.
⁊ ad ipm puerulū veniebat maria ſic̄ mater ad filiū iacentē in cunabulo. Sȝ tunc
p̄cipue miſſus fuit q̄ſi in carcerē. qn̄ ponebat̄ ī ſepulcro. Vn̄ in pſona eiꝰ p̄dixerat
hieremias Treno.iij. In tenebroſis collocauit me. q̄ſi moꝛtuos ſēpiternos. Idē
ibidē. Lapſa eſt in lacū vita mea. ⁊ poſuerūt lapidē ſuꝑ me. Tūc autē licȝ hoc non
Hiero. legat̄. nō eſt dubitandū veniſſe mariā ad filij ſepulturā. Vn̄ hieronymꝰ. Quā mi/
ſerū erit et impiū ſentire de matre. vt qn̄ cetere ſctē mľieres tantā curā habuerunt
de dominica ſepultura ipa ſe abſentauerit. Abſit.

### De contemplatōe marie Titulus xxxv.

Abbas abſalon de ſancto victore RAtōe actōis ⁊ ꝯtēplatōis dictū ē marie ab angelo. Aue gr̄a plena. gr̄a. ſ. ce/ A
leſtiū donoꝛū. q2 virtute ꝯtēplādi qđāmodo patrie donata eſt. Vn̄ de ea di
ctū eſt Sap.xviij. Celos attigebat ſtans ī terra. Et ipa dicit cū filio. Pro/
uidebā dn̄m in cōſpectu meo ſp. Quantū enī diſtat inter odoꝛē et guſtū aromatice
ſpeciei. tāta inter cōtēplationē marie et alioꝛū ſanctoꝛū diſtātia eſt. Sicut enī ſin
gularē actiuā a chriſto accepit. videlicȝ eius hūanā naturā poꝛtare. lactare. pannis
inuoluere. balneare. fouere. nutrire. paſcere. potare. lenire. amplecti. et oſculari. cete
raqȝ humilitatꝭ obſeq̄a exhibere. ſic (vt dicā quod miſtrat coꝛdis mei deuotio) etiā
dulcedinē ſue diuitatis matri ſingularit̄ expiendā indulſit. Vn̄ plenitudini gratie
ſubiūxit angelꝰ. Dn̄s tecū. Ideo de mr̄e ſenſerūt viri magni et adhuc ſentiūt. ꝙ vi
atrix fruebat̄. qđ nec aſſerimus. nec negamꝰ.
Itē Ratōe vtriuſqȝ vite. actiue. ſ. et ꝯtēplatiue ſiḡta ē ꝑ lyā ⁊ rachelē. ꝑ marthā ⁊ ma B
riā. Sed ꝑfecta fuit in vtraqȝ vita. qđ neutra ſoroꝝ iſtaꝝ. Nā martha q̄ erga plu/
rima turbabat̄. ⁊ circa freq̄ns miſteriū ſollicitabat̄ diuie ꝯtēplatōi n̄ vacabat. Ma
ria q̄ ad pedeſ dn̄i ſedebat. ⁊ ꝟba dn̄i audiebat. nec fatigatā ſoroꝛē iuuabat. nec cir
ca miſteriū ſatagebat. actōi nō intēdebat. Neutra igit̄ vtriuſqȝ vite officia adimple
bat. Sȝ btā ꝟgo ſic̄ ꝯſūm̄ ē ſic oīa actiue oꝑa filio exhibebat. ꝙ interim a diuia cō/
tēplatōe nullatenꝰ recedebat. Et h̄ fuit ī maria āgelica ꝑfectio. nā angeli cū ad nos
Beda Grego. mittūt̄ ſic miſtrāt exteriꝰ. ꝙ tn̄ a dei ꝯtēplatōe nō recedūt interiꝰ. ſic̄ dicūt beda ⁊
beatus gregoꝛius.
Itē Ratōe vtriuſqȝ vite dicit̄ maria tota pulcra Can̄.iiij. q2 vniuerſe ꝟtutes tā acti/ C
ue qȝ cōtēplatiue in ea ꝯuenerūt. et ꝑ cunctꝭ creaturꝭ admirabilē reddiderīt. Per ꝟ/
tutes actiuas habuit volūtatē mundiſſimā. ꝑ ſpeculatiuas mentē purgatiſſimam.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fuit igit̄ tota pulcra et in carne puritate virginitatis. et in volūtate pfectōe acti
onis. et in mēte ꝯſūmatōe ſpeculatōis. et nec in carne habuit maculā ꝯtagiōis. nec
in mente rugā duplicitatis.
Itē Ratōe ſue ꝯtēplatōis dicit ipa Canti. ij. Introduxit me rex in cellā vinariā. i. D
in cogitatōez gaudioꝝ celeſtiū. Rex nō ſeruus. i. timor pene. q̄ nūq̄ facit celeſtia
cogitare. Nō amic⁹. i. deſideriū p̄mij. ſed ipe rex. i. amor ſponſi. q̄ facit me celeſtia
meditari. Innuēs igit̄ q̄ nō timore ſupplicij vt ſerua. nec amore tātū p̄mij vt mer-
cēnaria. ſed ſola dilectōe et charitate patris vt filia. i cellā vinariā eſt introducta.
q̄ eſt meditatio ſpūaliū. nō in aq̄riā q̄ eſt cognitio tpaliū. ⁊ ſic ei collata eſt gr̄a ſpūa
lis. Dicit ḡ. Introduxit me rex in cellā vinariā. i. omniū bonoꝝ ſpūaliū mihi cō
tulit affluentiā. Vel hec cella vinaria ꝯtēplatōis gratia. q̄ multiplicia ꝯtinet pocu
la. Primū puritas mētis. Secūdū requies mētis. Terciū ſecuritas mētꝭ. Quartuz
gaudiū in ſpūſancto. Eſt ergo ſenſus. Introduxit me rex i cel. vi. i. ꝯtulit mihi
gr̄am contēplatōis. cui⁹ poculis me multipliciter debriauit.
Itē Ratōe ꝯtēplatōis dictū eſt de iudith in figura marie Judith. xi. Nō eſt tal̄ mu E
lier ſup terrā i aſpectu ⁊c. ſcʒ cōtemplatōis. q2 limpidi⁹ ceteris omnib⁹ ſanctꝭ cō-
templabat̄ deū celeſtia ⁊ eterna.
Item Ratōne ſue ꝯtēplatōis dicit ipa ſponſo Canti. vij. Mādragore dederūt odo F
rem ſuū in portꝭ noſtris. Per mādragoras ſignant̄ ſtudia ꝯtēplatōis. q̄ ita faciūt
dormire hominē in delicijs ſuis vt abſciſionē ab īimicꝭ ſuis carnalib⁹ nec ſentiat
nec attēdat. Dicit ḡ. Mādragore de. o. ſuū i por. noſtrꝭ. ſcʒ in portis q̄nq̄ ſenſuū.
q̄ tunc fiūt noſtre. ſi odor mādragoraꝝ ad eos pueniat. ⁊ ab eis excludat odorē mū
danū. Nam ſi bn̄ dormiat interi⁹ anima. ſenſus ſuos claudit ad exteriora. Et ꝟe
talis erat contēplatio marie.

Finit liber quartus de
virtutibus marie.

## Incipit liber quintus de pulcritudine marie.

De ſpiri-
tuali pul
critudine
marie

De ſpiritali pulcritudīe marie A
q̄ cōſiſtit in ꝟtutib⁹ aīe. dicit ſpōſus beate virgini mr̄i ſue Cā
ticoꝝ. iiij. Tota pulcra es amica mea. ab originali pctō ſan
ctificata in vtero. Itē tota pulcra. ab actuali mortali. fomi-
te penit⁹ ſubiugato. Et macula. etiā venial̄ peccati. nō eſt i
te. in ꝯceptōe filij dei fomite penit⁹ extīcto. Et ideo tota pul
cra es. in ope. tota pulcra. in corpe. et macula nō eſt in te. in corde. Tota pul-
cra. in ope p ſimplicitatē. Mat. vi. Si ocul⁹ tuus fuerit ſimplex. totū corp⁹ tuū
lucidū erit. Tota pulcra. in corpe p virginalē caſtitatē. Sap. iiij. O q̄ pulcra ē
caſta generatio cū charitate īmortalis ⁊c. Tota pulcra. in corde p hūilitatē. q̄ ē
eſſe ſine macula. Ideo in figura marie dictū eſt de heſter. ij. eiuſdē. Erat heſter for
moſa valde. et incredibili pulcritudīe. oīmq̄ oculis ḡtioſa ⁊ amabil̄ videbat̄. For
moſa valde. p charitatē. q̄ eſt forma virtutū. Incredibili pulcritudīe. p inſolitam
caſtitatē. Inauditū enī erat a ſeculo aliquā pſonā ante btām virginē emiſiſſe votū
ppetue ꝟginitatis. Qđ votū ipa p̄ma emiſit abſq̄ omni hūano p̄cepto ꝯſilio ⁊ ex
Bern. emplo. ſola inſpiratōe ſpūſſcti. ſicut dicit btūs bern̄. et ideo dicit̄ ei⁹ pulcritudo in
credibil̄. Vel incredibil̄ pulcritudo. in ſuplatiuo ḡdu virtutū oīm plenitudo. Vn̄
Iſa. lxvi. Quis audiuit vnq̄ tale. Omniūq̄ ocul̄ gratioſa et amabil̄ videbatur.
p humilitatē ſuā quā reſpexit de⁹. q2 vbi amor ibi ocul⁹. Et nota q̄ dicit. oculis B
omniū. Primo oculis ipi⁹ dei trinitatꝭ. q̄ eius humilitatē reſpexit. ⁊ ſpēm ei⁹ de-
ſiderat intueri. Vn̄ dicūt ei pater et fili⁹ et ſpūſſctūs Cāti. vi. Reuertere reuertere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf